Des Turcken halben haben wir allerley bedencken, angesehen das wir algereyt mit vielen vheinden ihn der Cron zu Polan umbgeben und der Turcke so ein noher nachbar werden solt, ir auch ohne das selbst wol wist, wie es itziger zait allenthalben yhn der Cron stehet. Dardurch zu befharen (welches dach der liebe Gott lang genediglich verhueten wolle), das nicht Ungerlandt Polen ein beyspill geben mocht, wiewol wir eins bessern verhoffen, auch Gott, dasselb mit genaden nach seynem gottlichen willen zu vorleyhen, embsigs vleiss bitten, genediglich begerende, wess weyter furfallen wurde, yr wollet uns dasselbig gutwillig eroffenen. Alhie ist nichts sonderlichs von newhen zeitungen, allein wess von der grossen, gewaltigen aufrustung der schief yhn Niderlandt und dach mit ungleichem sagen geredt und geschrieben wirt. Eins teyls zeigen ahn, das es wider den Turcken, eynes teyles wider andere gehen soll, derwegen wir euch nichts grundtlichs oder warhafftigs davon zu[b] zuschreyben wyssen. Wes aber mitler zeit die gewisse erfharenheit geben wirt, soll euch von uns unverborgen pleyben. Das haben wir euch auf ewere ahn uns gethane schreyben genediger meynung yhn antwort hiemit vermelden wollen. Dann euch und den ewern vil genedigs willen zu erzaigen seyndt wir jderzait mit genaden geneygt. Datum Konigspergk, den V Marcii anno, ut supra.

Commissio Principis ex
relatione Secretarii.
Princeps audivit legere
praesentibus Hofmeister et
Burggravius.
Hieronymus.

a) *in margine*: Jobst Ludwigen
b) *supra lineam*

N. 1608.

E Regio Monte, 5.III.1539.

Albertus dux in Prussia
Nicolao Nibschitz
pro tribus epistolis et novitatibus: de Tartarorum incursione, de oratorum regis Hungariae Cracoviam adventu, de hastiludiis, de reginae Isabellae in Hungariam profectione gratias agit, vestes aulicas et duplex salarium eum iam accepisse sperat; nuntiat de consiliis et remediis contra praedones in Prussia Regali, Masovia et Silesia grassantes et falsae monetae auctores captis; de nullo responso in negotio regundorum finium ab ordinibus Lithuaniae accepto queritur.

Cfr. El. XLVIII, NN. 304, 305, 306.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 334-336.

An[a] Nickell Nipschitzenn, den 5 Marcii.

Belangende die erschreckliche zeitung von dem gewaltigen einfall des Tatteren. Item wunschet konigin Isabelle zu solchem christlichen werck Gotts genaden und alles gutts. Item seynes dinstgelts und der

cledung halben. Item das ko.mt. von den stenden auss Littauen der grenitzen keyn antwort hab uberkhommen. Item sovil die bescheidiger betrieft, als Matern[1] und Hannsen Schwartzen, an die stende zu Preussen des konigsteil und herzogen von der Lignitz[2] schreyben haben zu lassen etc.

...Wir haben yhn kurtz beigewichenen tagen drey schreyben von dir, uns durch den edlen und erentvhesten, unseren besondern lieben Achacio Czemen, dantzker castellan, erblingen zu Crissburgk und heuptman uffm Stum[b], uberschickt, am 19 Februarii gegenwertigs jhars bekhommen, alle ires inhalts lesende eingenommen, und unther anderem dorin, mit was rustung k.w. zu Hungerenn etc. abgefertigte botschafter zu Crokaw eingezogen, aber doch keyn frawenzimmer mit sich gepracht. Desgleichen, welcher gestalt es mit den ritterspilen, als rennen und torniren zugegangen, auch die durchleuchtige, hochgeporne furstin, fraw Isabella, konigin zu Ungerenn, unsere freuntliche, geliepte muhm und schwester, von Crackaw nach Hungerenn geschicket. Doneben die erschreckliche zeitung von dem gewaltigem einfhal der Tatterenn und desselben nachtrucken verstanden. Nun thun wir uns gegen deyner person anzaigung solcher geschicht und newer zeitung halben hochlich bedancken und wunschen hochgedachter unserer freuntlichen, lieben muhmen und schwesteren, konigin Isabelle, zu solchem christlichem, loblichem wergk Gotts gnaden, alles guts, wolfarth leibs und der seelen, und seyn in warheyt des Tatterenn begiennen nicht wenig bekommert. Prenget uns auch allerley bedencken in anmerckung, das die Cron von Polan one das mit vilen vheinden umbgeben, besorgende, das nicht gemeynes vheindes der christenheit, des Turckenn, vornemen gegen Polan dardurch gestercket und allerley beschwerung daraus ervolgen mocht, wiewol wir des besten (dorumb wir auch Gotth, dasselbig genediglichen zu vorleyen embsiges vleiss bitten) verhoffen.

Wie du aber in anderem schreiben, dir dein dinstgelt und cleidungk, so von uns dir aus genaden vorschrieben, dem erbaren unserem besunderen lieben Jacoben Ludwigen gegen Thorn zu ubermachen lassen, dinstlich bitten thust, zweiffeln wir gar nicht, du hast nunmehr solche hoffcleidungk von dem erbaren unserem cemmerern, rathe und lieben getreuen Clausen von Gadendorff bekhommen. So haben wir auch dem edlen unserem rathe und lieben getreuen ehren Jobsten Ludwigen etc., dich deynes jhargelts auf jtzt Osteren gutwilligk zu entrichten, geschrieben; vorsehenlich dem solle also volg geschehen.

Als du uns ferner durch bemelten ehren Achacium Czemen etc., dir dein dinstgelt, so auf nechst Osteren felligk doppelt zu geben, domit was uber ein jhar gefallen solt, das du solchs jtzundt neben demselbigen erlangen mochtest, dan du dasselbigk unther romischer ko.mt. konigreichen ahn guther anzulegen willens, zum hochsten bitten hast lassen, ist nicht one, das wir dir in diesem zu wilfharen, auch yhn deynem besten zu furderen und zu helffen gantz gewogen. Dieweyl wir aber die vier tausent gulden dinstgeld in andere wege, eher solch dein bitten an uns gelangt, verordentt und keynes weges zu entberen wissen, so haben wir, wie gern es auch beschehen, deyner bith von solcher somma gelts auf ditzmall aus angezeigten ursachen nicht stath geben konnen. Domit du aber unseren genedigen willen zu spuren, haben wir ahn berurten ehrn Jobsten Ludwigen etc. durch unsere schrifften, dich von unsertwegen noch mit hundert gulden zum dinstgelt (daran es uns dan

zu sonderem gefallen thet) zu verlegen, genediglich gesonnen. Darumb hastu mit ime desshalben auch zu handelen, und wan du es erlangst, sein wir woll domit zufriden, vorsehenlich es solle daran nicht mangelen, dan wir wissen, das er dir viel guts gönnet.

Das sich hochgemelte ko.mt. zu Polan etc. auf dein undtherdenig sollicitiren, soviel die bescheidiger betrieft, pald nach dem landtagk den stenden und amptsleuten koniglichs theils Preussenn und Masaw, dergleichen an unseren schwegeren, den herzogen von der Lignitz, als viel Matern und Hannsen Schwartzenn, auch andere, welche durch ehren Jobstenn Ludwigenn etc. oder die seynen beschuldigt, doneben die falsche montz belangende, noch notturft und unserem begeren nach schreyben zu lassen, koniglich erpoten, nemen wir zu untherdenigem, genedigem danck an. Allain, woe es ihm fall anderer obligender gescheften halben in vorgessen gestelt wolt werden, das du darumb anzuregen, domit die mandata und schriften zum furderlichsten heraussgepracht und an gepurende örter uberschickt.

Das ko.mt. die littauischen herren vonwegen der grenitzen daselbest nach keyn antwort geben, derhalben koent es diesen vergangenen winther nicht beschehen mit angehefften deynen biten und rathen, ist yhn warheyt unserer personen ahm beschwerlichsten, dieweyl dieselben grenitzen also von jhar zu jhar aufgezogen und uns gleichwol dermassen (wie wir dis junst geschrieben) beschwerliche eintrege und einfelle begegnen. Doch mussen und wollen wir ko.mt. zum ehren yhn diesem gedult tragen und thun, wie wir khonnen und mögen, gleichwol genediglich begerende, du wollest mit vleiss daran seyn und bey irer mt. vorfurderen helfen, damit das zukommende jhar die grenitzen besichtiget, gegangen, geortert und nicht also in die langen truhen gespilt werden mochten. Wir wolten auch wol gern in ansehung unsers alten genedigen herren und konigs ein gedultiger Job sein, wie du dan ungezweifelt ihn itziger handlung, wes wir fur gedult getragen, gesehen, wan nurt des jegentheyl nicht gar der leidige teuffel sein und dardurch gestercket auch zu merrem mutwillen geursacht. Ihm fal aber, woe jhe der theuffel one alle verursachung zu geweltigk sein wolt, must man ime das heylige creutz in wege stellen, auf das er nicht weyter keme, dan sofern ime von Goth und der pilligkeyt verhengt und geziembt.

Wir wollen verschaffen, das dem edelen, unserem besonderen lieben Fabiano Zcemen, pomerelischen unthercemmeren und heuptman uff Stargarth, die bestetigung uber die zugesagten huben im dorff Gissell des preuschmerckischen gepiets ins erste gefertigt werde, und haben dir solchs, dem wir mit sonderen genaden gewogen, auf deyne gethane schriften ihn antwort hinwider vermelden wöllen. Datum Konigspergk, den 5 Marcii, anno etc. 39.

Commissio Principis, idem
audivit legere presentibus
hofmeister et burggravius.
Secretarius.

a) *in margine*: Nipschitz
b) *in margine*

1) *Maternus Lang a Liebenthal (Lubomierz).*
2) *Fridericus II.*

N. 1609.

E Regio Monte, 14.III.1539.

Albertus dux in Prussia
Adalberto Gasztołd, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
rogat, ut famulo suo commissionem generalem ad omnes capitaneos et tenutarios Magni Ducatus Lithuaniae dare velit, ne eum in conducendis operariis mercenariisque ad munitionem arcis Cleipodiensis firmandam impediant.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 15-17.

Rogat, ut generalem commissionem ad omnes Magni Ducatus Lithuaniae Samagithiaeque Capitaneos tenutariosque Illustritatis Suae subdito atque famulo dare velit, quo ille homines operarios mercenariosque conducere atque educere[a] possit ad municionem arcis Mumeliensis firmandam etc.

Magnifice ac Generose Amice, Vicine ac Frater nobis modis omnibus dilecte.

Accepimus Magnificentiae Vestrae literas, Vilnae prima mensis Marcii praesentis huius anni datas, ex quibus intelleximus singulare quoddam erga nos studium et adhibitam diligentiam in conducendis operariis, quo famulus noster eosdem in Magno Ducatu Lythuaniae conducere et ex eo educere posset. Pro qua benevolentia diligentiaque Magnificentiae Vestrae eas, quas possumus maximas, agimus gratias, daturi operam, ut maiores vicissim referamus.

Caeterum Magnificentiam Vestram celare nolumus eos homines, quos famulus noster conducere atque educere voluit, in finibus Magni Ducatus Lithuaniae Samagithiaeque detineri, illisque egressum prohiberi[b]. Proinde cum haec municio in communem omnium utilitatem, ut antea quoque ad Magnificentiam Vestram scripsimus, suscipiatur, et Magnificentia Vestra caput sit tocius Magni Ducatus Lithuaniae Samogithiaeque, rogamus Magnificentiam Vestram, ut illa famulo nostro, quem[c] iam iterum ad Magnificentiam Vestram eam ob causam ablegavimus, commissionem generalem ad omnes Capitaneos atque tenutarios reliquosque subditos Magni Ducatus Lithuaniae Samagithiaeque dare graciose non dedignetur, quo illi ipsi famulum nostrum in eo negocio non impediant atque eidem homines operarios mercenariosque et conducere [et educere] permittant, ne bonus hic labor, in commune scilicet commodum magnis sumptibus susceptus, magno cum dedecore et gravi nostro dispendio intermittatur aut omnino frustra, quod Deus prohibeat, pereat. Sed non dubitabimus, quin Magnificentia Vestra sese in eo negocio nostro nomine benevolam ac benignam exhibitura sit, quo et voti huius nostri compotes reddamur et labor iste municionis arcis Mymelensis iustum suum finem sorciatur. Nos dabimus operam, ut Magnificentiae Vestrae in re longe maiori vicissim gratum obsequium praestare queamus. Quam in Christo diu foeliciter vivere atque valere optamus. Datae e Regio Monte, XIIII Marcii anno, ut supra.

Commissio Principis
ex relatione Burggravii.
Hieronymus.

In margine in initio scripti: Adalberto Gastoldo, XIIII Marcii.

a) *verbum correctum.*
b) *correctum ex*: prohibere
c) *sequitur littera expuncta.*

N. 1610.

E Regio Monte, 20.III.1539.

Albertus dux in Prussia
capitaneo in Wąsosz (Wagenschoss)
queritur de damnis et iniuriis, quae a subditis eius villis suis, prope districtum eius Wąsosz locatis, inferuntur, et rogat, ut subditis suis iniungat, quo se ab eiusmodi facinoribus abstineant.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, f. 17.

N. 1611.

E Regio Monte, 23.III.1539.

Albertus dux in Prussia
Ioanni Radziwiłł, capitaneo Samogitiae,
rogat, ut homines mercenarios ad perficiendam munitionem arcis Cleipodiensis in ditione sua conduci concedat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, f. 18.

N. 1612.

E Regio Monte, 24.III.1539.

Albertus dux in Prussia
Fabiano Czema, succamerario Pomeraniae,
pro novis de regina Isabella sibi missis gratias agit; eidem reginae multam felicitatem a Deo precatur; novitates de Turcis sibi mitti petit.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 336-336v.

N. 1613.

E Regio Monte, 24.III.1539.

Albertus dux in Prussia
Iosto Ludovico Decio
pro nuntio de summa 4000 florenorum a thesaurario Regni sibi mox persolvenda et pro novitatibus de Turcis sibi communicatis gratias agit; plura nova sibi significari desiderat.

(Germanice)

Cfr. El. XLVIII, NN. 313, 314.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 336v-337.

N. 1614

E Regio Monte, 25.III.1539.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
mittit nomina malefactorum, de quibus in praecedentibus litteris coram rege conquestus erat, ut merito puniri possint; rogat, ut proxima hieme dimensio limitum inter Magnum Ducatum Lithuaniae et Ducatum Prussiae exsecutioni demandetur et controversiae inter utriusque partis subditos inde orientes tandem componantur; pro benevolentia in expediendis aliis negotiis regi commendatis adhibita gratias agit.

Cfr. El. XXX, N. 187.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 19-21.

Litterae responsoriae de transfugis rusticis, quos petit sibi restitui, precaturque, ut dimensio limitum proximo brumali tempore exequutioni[a] demandetur[b].

Serenissime Rex, Domine, Avuncule Clementissime.

Rediens meus his diebus ad me cubicularius[1], ad Regiam Vestram Maiestatem nuper missus, adferensque responsionis litteras a Regia Vestra Maiestate ad me graciose destinatas. Post debitam autem earum exosculationem primum et praecipuum erat, cum in literis tum etiam a nuntio ipso, de prospera Regiae Vestrae Maiestatis salute inquirere alacrius. Quam adhuc Dei munere optimo cardine versari ex utrisque ingenti plane gaudio percepi. Quod deinde Regia Vestra Maiestas mox mihi a literarum regiarum frontispicio tam de salutis precatione, quam iustae commiserationis maerore in Regiae Vestrae Maiestatis adversa valetudine suscepto, tam mirificam graciam habet, agit Regia Vestra Maiestas tanquam indulgentissimus erga filium parens, qui obsequia etiam debita beneficii loco acceptat et favore ea remunerat uberiori, quam facta meruerunt. Sicut enim iuste congratulamur prosperis, sic iniqui essemus, si non condoleremus adversis, nam Deum testor Regiae Vestrae Maiestatis salutem mihi aeque charam esse ac propriam.

Maiorem autem Regia Vestra Maiestas mihi ansam et summae gratitudinis occasionem his literis dedit, quibus mea de quibusdam temerariis et malae fidei hominibus conquesta gravamina, Regiaeque Vestrae Maiestati[c] exposita, tam clementer intendere et in inprobos iusta vindicta sese animadversuram graciose promittit, postulans ac iubens nominatim eos assignare, quo Regia Vestra Maiestas ipsis tandem scribere et iusticiam et mandare et administrare posset. Hinc in promptu eorum nomina appendo: Ihonnel Diacks, Kletincks scriba et qui mercaturam exercet, Iohan Petri frater, Scheppan, Peckuss, Iatzus, Ischwilckyas, Thormellis, Cardinschkun, filius Stani, cum uno servo Iuschka, Martini Aschungern adfinis, Andreas Iudas una cum duobus filiis, qui primum hac in parte sedes habuere, postea vero iterum aufugerunt. Reliqui non potuerunt cognosci, maior tamen pars communes Lythani[?] fuere. Et hii coloni meae terrae quondam fuere, haereditario ad me iure spectantes, sed improbe clanculum aufugientes[d] a me in Regiae Vestrae Maiestatis ditione non tam aequos quam propicios eorum nequitiae con-

niventes fautores invenerunt. A quibus multocies quidem requisiti, communis etiam foederis ratione allegata, sed nunquam impetrare potui. Sed quia et iam iam nefandum hoc ac plane temerarium facinus priori iniquitati accumularunt, peto, imo ob sacrosanctam iusticiam obsecro, Regia Vestra Maiestas praedictos facinorosos illos homines nobis restituere et cautissime praefectorum, sub quibus degunt, custodia mihi eos tradere et restituere iubeat. Fatebuntur procul dubio tandem, propria an nequicia, prava-ve aliena inductione atrocia huiusmodi admiserint crimina. Nec desistemus iusta et aequa ab inquisicione, donec nexos malorum aucthores acquisierimus[e], quos tandem et Regiae Vestrae Maiestati quoque bona[f] fide indicare curabo.

Quantum autem spectat ad limitum dimensionem inter Ducatum Magnum Lithuaniae et meum, Regia Vestra Maiestas scribit consiliariis integrum non fuisse, quo convenissent etc. Angor quidem animo haud parum etiam hac de intermissione, sed quia temporis iam opportunitas defluxit, Regiam Vestram Maiestatem tantum precatum habere volui, ut proximo brumali tempore hoc negocium efficaciori exequutioni demandetur[g], quo et molestae huic controversiae optatus aliquando finis obtingat, necnon et personae certae nostras nuper ad partes adferendas petitae et subordinatae denuo iterum vocarentur. In qua re Regia Vestra Maiestas magnam mihi gratiam, perpetuo suspiciendam, impendet.

Ad cetera tandem in Regiae Vestrae Maiestatis literis contenta, nempe quod Regia Vestra Maiestas tam clementem et graciosam Capitaneis Stumensi et Graudenicensi, necnon et aliis Mazoviae praefectibus[z], super peticione mihi iam scripturam decreverit; insuper et Regia Vestra Maiestas ad negocium Iusti Ludovici se nostro nomine tam accomodam offert. Ac postremum Illustrissimi Domini Georgii Marchionis Brandenburgensis, fratris nostri charissimi, causam apud Serenissimum Ungariae Regem[2] etc. tam clementer quam accurate ventilandam et curandam suscepit, haud minus quod et Regia Vestra Maiestas tam solicite curavit, quo misero cuidam captivo adolescenti, literis meis commendati[z] auxiliares porrigerentur manus; quot et Regia Vestra Maiestas regiarum in calce literarum graciose subiungere dignatur, me meos erga adversarios nunquam destituturam[h] regia ope et auxilio et pleraque alia, paternum sane affectum erga me praetendentia. Quid ad haec omnia dicere valeo, Serenissime Rex, nisi nos plane obrutos beneficiis, et si dignam gratiarum actionem promittere non valeo, certe re ipsa atque animo nunquam desinam. His et mirifica quadam gratitudine me meaque omnia ad Regiae Vestrae Maiestatis vota semper offero paratissima etc. Datae e Regio Monte, XXV Marcii anno etc., ut supra.

Commissio Principis propria.
Cristannus.

In margine in initio scripti: Regi Poloniae, XXV Marcii.

a) *partim supra lineam.*
b) *verbum correctum.*
c) *in ms.* Maiestatis
d) *in ms.* aufugentes
e) *verbum correctum.*
f) *in ms.* bono
g) *correctum ex:* demandentur
h) *in ms.* destituturos
z) *sic in ms.*
1) *Nicolaus a Gadendorf.*
2) *Ioannes Zápolya.*

N. 1615.

E Regio Monte, 25.III.1539.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
ad exhortationem regiam respondens, omnimodam opem et auxilium contra Turcas, postulante necessitate, ferendum diligenter se esse laturum promittit.

(Adest etiam textus germanicus, Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 339-343).

Cfr. El. XXX, N. 188.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 32-41

Promittit se strenuum esse contra Thurcam auxiliatorem.

Serenissime Rex, Domine Clementissime etc.

Maiestatis Vestrae Regiae literas, Cracoviae octava die Marcii praesentis huius anni datas, mihi per regium suum aulicum ac servitorem transmissas decima nona eiusdem mensis Marcii, subdita ac debita reverencia accepi. In quibus Regia Vestra Maiestas mihi gravissimos casus, pericula atque metum Turcicae incursionis maiori cum enarratione, adhortationeque regia adiecta etc., indicare clementer dignata est. Pro qua quidem communicatione Maiestati Vestrae Regiae subditas ago gratias atque ea, quae Maiestas Vestra Regia ad me scripsit, denuo repetere eandemque tali molestia legendi onerare omnino supervacaneum arbitror.

Ego autem primum, Serenissime Rex, ex eo nuncio, cum propter debitum obsequium et arctissimae coniunctionis mutuam necessitudinem, tum ob communis Christianitatis salutem atque incolumitatem, magnum cepi dolorem, Deum Optimum Maximum adsiduis[a] praecibus obsecrans, ut is pro immensa sua clemencia Maiestati Vestrae Regiae atque universo Christiano Orbi foelicem victoriam adversus immanissimum christiani nominis hostem concedere eandemque corroborare, conservare atque ab omnibus malis defendere non dedignetur.

Et quamvis praeterito anno ex communi fama non sine magna animi mei perturbatione (sperans tamen minus periculi in eo esse, dum eius rei antea a Maiestate Vestra Regia cercior factus[b] non sum) perceperim, crudelissimum Christianitatis hostem tantam irruptionem[c] in Vallachiam fecisse, ut ex eo hoc propior Maiestati Vestrae Regiae atque Regno Poloniae vicinus sit factus, tamen cum Maiestas Vestra Regia, si modo recte memini, firmatam cum Thurcarum Imperatore[1] pacem habeat, non putavi eam incursionem, in Maiestatis Vestrae Regiae literis notatam, tantum nocere posse.

Verum cum iam non solum ex Maiestatis Vestrae Regiae literis, sed etiam antea a pluribus audierim, crudelissimum hunc christiani nominis ac sanguinis hostem non diucius fidem cuiquam servare consuevisse, quam quoad id sua videt interesse etc., adfert ea res tanto maiorem sollicitudinem mihi, cum istud tandiu notum fuerit, quod non longo antea tempore id ceptum sit[d] consilium, ut christiano aliquo bono consilio ac tocius Christianitatis praehabita deliberatione, necnon communi auxilio huic malo in tempore, priusquam grassari cepisset lacius, obviam iri potuisset.

Quoniam autem nos omnes, qui christianos nos esse profitemur, procul dubio propter peccata nostra ideo a Deo, creatore nostro, plectimur,

ut ad cognitionem peccatorum nostrorum ducti, in misericordia illius sola confideremus, nolo dubitare, quin si nos christiani peccata nostra agnoverimus omnemque spem ac fiduciam nostram in illius immensam misericordiam, gratiam ac promissionem collocaverimus, vitamque nostram exinde meliorem reddiderimus, illius divina clementia perpetuo nobiscum, miseris peccatoribus, mansura sit.

Itaque tanto firmiorem spem ac fiduciam concipio, divinam eius benignitatem Regiam Vestram Maiestatem et communem Christianam Rempublicam hoc minus in istis nostris necessitatibus deserturam[e], auxilio suo clementi adfuturam[f] ac iram suam a nobis clementer aversuram, necnon Maiestate Vestra Regia, utpote christiano ac sene aetate confecto omnique laude digno Rege, hac in parte tanquam christiano medio ad resistendum hosti usuram esse, quo huius[g] christiani nominis hostis saevicia sedari tandem queat.

Cum ergo intelligam Maiestati Vestrae Regiae cum Thurcarum tyranno bellum nullum indictum, sed vicinitatem tamen eius suspectam illi esse, eandemque et a suo et Serenissimi Potentissimique Principis ac Domini, Domini Ioannis Hungariae etc. Regis, Domini et adfinis mei charissimi, exploratoribus percepisse, quid idem hostis atque tyrannus aestate hac in animo habeat, ex quo Regnum suum Maiestas Vestra Regia aestate hac non omnino vacuum fore a periculo, vel a metu pocius periculi, veretur etc. Ego quoque, quid Maiestas Vestra Regia sibi eam ob causam proposuerit atque in animum induxerit, satis abunde cognitum habeam. Qua de causa me hortatur etc., prout huiusmodi Maiestatis Vestrae Regiae scriptum lacius atque prolixius in se continet.

Nolo dubitare (cum recensitum sit Maiestatem Vestram Regiam ad eos, quibuscum illi coniunctio aliqua et necessitudo intercedit, scripsisse, mihique, ut similiter facerem, iniungit), quin eadem[h] pro regia sua prudentia paulo alcius secum animo deliberaverit, quam graves ac varii huius saeculi in toto Christiano Orbe casus, practicae ac consilia ad omnes bellicos tumultus ob oculos nostros nunc versentur, non uno quidem, sed multis aliis ac praecipue eo in loco, in quo Maiestati quoque Vestrae Regiae aliquod auxilium expectandum esset, praesertim autem Maiestatis Vestrae Regiae vicinos, inter quos Serenissimus ac Potentissimus Princeps et Dominus, Dominus Christianus Daniae et Norvegiae etc. Rex, Dominus, consanguineus et adfinis[i] meus amantissimus, non postremus est, qui ex Inferiori quoque Germania et ab aliis suis inimicis non parvam timet incursionem.

Ut autem communi christiano coetui consuli ac mederi possit, firmam spem habeo Maiestatem Vestram Regiam iam antea apud Romanas Caesaream[2] ac Regiam[3] Maiestates eas rationes, modos ac vias quaesivisse (quod quidem si factum non esset, adhuc ut fieret, non inconsultum mihi videtur), quo tandem undique in Germania atque apud alios circumiacentes[j] potentatus firma pax, stabilis concordia atque perpetua amicicia erigi possit. Nempe posteaquam ad resistendum inimicissimo christiani nominis Thurcae non parum impedit, quod summi et potentissimi Monarchae[h], necnon Electores, Principes caeterique Romani Imperii ordines eorumque vicini inter se simultates exercent atque eo animo sunt affecti, ut pars alia ab altera perpetuam pacem et quietem sperare haud possit, quin pocius unus ab alio, ut nunc sunt tempora et variae practicae, irruptiones, impetus et damna timere cogatur. Ex hoc igitur sequitur, quamquam propter vicinitatem, amiciciam chri-

stianumque obsequium, necessitate postulante, Regia Vestra Maiestas caeterique, qui Thurcis finitimi sunt, auxilium, subsidium et praesidium facile consequi posset, attamen propter discordiam et mutuas dissensiones nulla pars ab alia boni quid sperare nec suam ditionem duplici periculo committere auderet.

Si itaque Regia Vestra Maiestas pro summa industria, qua ut prudentissimus et sapientissimus Rex, quibus modis haec efficiantur, optime novit, cum Romanis Caesarea ac Regia Maiestatibus simul aut separatim ageret quam diligentissime, ut viae et rationes quaererentur, proponerentur et invenirentur, quibus in Romano Imperio aliisque finitimis et proximis potentatibus et vicinis concors pacificatio securitasque interponeretur ac fieret. Hocque sive per Romanarum Caesareae et Regiae Maiestatum coniunctam vel divisam operam ageretur, sive ad minimum in omnibus Romani Imperii locis mandata ederentur, quibus praeciperetur, quod omnes, qui alicui Principi aut provintiae contra Thurcam auxilio venirent, ut is vel illi pro se aut sua ditione securi essent, utque is illique non impugnarentur nec invaderentur a quocumque, in Romani Imperii finibus agente. Quod si hoc mandato contempto quis vel contra absentem Principem vel provinciam exercitum duceret, illisque impedimento esset, ut Romanae Caesarea ac Regia Maiestates huic aut his sine mora succurrere[1]) caeterisque mandare vellent, ut resistenti resisteretur eique, qui obediret, succurreretur. Hoc si factum non fuerit, alius in alium oculos intendet illumque observabit et timebit. Quo tandem omnia Thurcico tyranno longe faciliora fiant. Et cum melius sit unum, quam duos aut plures hostes expectare, ut Romanae Caesarea ac Regia Maiestates a singulis certum et indubitatum responsum postularent.

Deinde cum sciam, quod praefata Regia Celsitudo Daniae etc., Regiae Vestrae Maiestati et vicinitate et adfinitate iuncta, ex animo bene velit, non dubito, quin Regia Vestra Maiestas Regiae illius Sublimitati finitimisque Regnis et ordinibus imminens Thurcicum periculum indicatura, nec minus apud saepedictas Romanas Caesaream ac Regiam Maiestates sollicitatura sit, ut cum Ordo in Livonia ad hoc institutus, ut sit christianorum quasi propugnaculum quoddam et ut contra christiani nominis inimicos pugnet, hoc oneris ei imponatur mandeturque, ut Regiae Vestrae Maiestati adversus omnes suos christiani sanguinis ac nominis vicinos hostes auxilio sit.

Praeterea quoniam multi sunt in Romano Imperio Principes iuvenilis aetatis ex Electorum aliorumque Principum familiis, qui quoque, quantum ego coniicere possum, Regiae Maiestati Amplissimoque Poloniae Regno ex animo favent, illique prae aliis inservire propensi sunt, relinquo Maiestatis Vestrae Regiae eiusdemque Amplissimorum ordinum iudicio, consultum-ne sit, ut cum quibusdam et qui eo animo intelliguntur et a Regno Poloniae non longe absunt, agatur, quo ii regio stipendio conducantur et Maiestati Vestrae Regiae milites, ut eadem propugnationi et defensioni firmius confidere possit, adducant. Quid autem Maiestati Vestrae Regiae placuerit consultumque videbitur, in quo ego eidem subdite inservire ac debitum gratumque obsequium praestare vel possum vel debeo, id polliceor atque promitto me summo studio atque diligencia singulari facturum.

Et cum Maiestati Vestrae Regiae deliberatum fuerit, ut in iis, quae proxime habuit Cracoviae Comiciis, certa quaedam et stata Regni defendendi ratio iniretur, quo ad omnes hostium repentinos impetus excipiendos atque ad arcendam vim, si quae de improviso allata esset,

parata et expedita esse posset, ad eandem autem rationem perveniri non potuisse etc., adficior profecto eam quoque ob rem non modico dolore, posteaquam percepi illud negocium nullum adhuc respectum habuisse, cum tamen quilibet in huiusmodi periculis magis pronus quam tardus aut segnis esse debeat.

Quare cum necessitas exigat[m] atque postulet, ut quod semel fieri non potuerit, postmodum tamen oblivioni non tradatur, nullum habeo dubium, quin Maiestas Vestra Regia hac in parte pro temporis oportunitate in id laboratura sit, ut quod primum non successerit, secunda vice maiori cum deliberatione suscipiatur.

Postremo, posteaquam Regia Vestra Maiestas me clementer hortatur, ut, cum et addictus Maiestatis Vestrae Regiae Regno sim et nihil Maiestati Vestrae Regiae separatim accidere posse a me intelligam, ita me parare velim, ut ad commune incendium restinguendum, si quod de repente (quod Deus clementissimus diu prohibeat et avertat) eruperit, praesto illi esse queam etc.

Agnosco quidem me id, dum Amplissimo Regno Poloniae ita incorporatus sum, non modo ratione praestiti iuramenti ac constitutorum foederum, verum etiam ob arctissimam sanguinis coniunctionem quasi summo propemodum iure debere. Nam Maiestati Vestrae Regiae pro fortunae huius meae tenuitate et facultate mearum virium, posthabitis etiam omnibus supra memoratis rationibus, prae omnibus subdite et amice inservire vehementer cupio. In quo etiam, divino accedente auxilio, nec studium meum deerit nec voluntas, dummodo spiritus hos reget artus.

Regia autem Vestra Maiestas pro excelso suo et alto iudicio facile[n] penes se diiudicare ac perpendere poterit, quod nisi summa vi ac communi omnium auxilio huic hosti resistatur, paucitas parum profutura sit. Quemadmodum id ipsum saepius sane Maiestati Vestrae Regiae exposui, quae tunc temporis ordinibus terrarum Prussiae in mandatis dedit, quo certam aliquam unanimi consensu in subitis casibus atque periculis, quibuscumque etiam ex locis illa[o] promanarent, inirent rationem, ut cum una pars alteri hoc modo addicta sit, ordinaretur concludereturque, quibus potissimum capitibus tempore imminentis periculi in talibus casibus utendum esset, quale auxilium subsidiumque alius ab alio expectare deberet, apud quas personas aut capita huiusmodi auxilium esset quaerendum. Ac si Maiestati Vestrae Regiae incursio aliqua, quam Deus Optimus Maximus pro sua clementia avertere velit, a Thurcico tyranno accideret, Regiaque Vestra Maiestas me una cum caeteris ordinibus terrarum Prussiae ad subveniendum illi accerseret, quomodo interim regiones istae nobis absentibus tueri et conservari queant, omnibusque periculis, Christo opitulante, praeveniri possit, praesertim cum variae practicae, consilia et conatus adversus has terras machinentur et ipse Thurcarum Imperator (qui, sicuti Maiestas Vestra scribit, plerumque consilia sua ad subitos rerum casus et eventus accommodare solet) Prussiae, praesertim vero Gedanensi portui, valde dicatur inhiare.

Quod cum a Maiestatis Vestrae Regiae ordinibus terrarum Prussiae hactenus nondum factum sit, illaque omnia pericula Thurcicae incursionis iam memorata lacius semper grassentur et erumpant, arbitror plane pro simplici meo ac tenui iudicio, Maiestatem Vestram Regiam (si modo illi hac in parte debitum obsequium cum utilitate aliqua ac fructu praestari debeat) non abs re facturam, si eadem Maiestas Vestra Regia primo quoque tempore omnibus terrarum Prussiae tam spiritualibus quam saecularibus ordinibus iniungeret, ut cum de hiis, tum aliis neces-

sariis ordinibus et statutis, publicam utilitatem ac politiam spectantibus, quo per hoc reliquis quoque malis atque periculis tanto commodius remedium aliquod inveniri possit, mutuo diligenter agerent, deliberarent, statuerent concluderentque.

Et si Maiestati Vestrae Regiae videretur consultum, nonnullos quoque praecipuos commissarios suos ad promovendum illud negocium ordinare, non detrectarem ad Regiae Maiestatis Vestrae postulationem, si modo eadem istud commodum iudicaret, me propria etiam persona in commodum et oportunum aliquem[p] locum conferre, aut oratores meos primarios istuc ablegare. Cum quibus Maiestatis Vestrae Regiae delegatis ordinibus, quomodo Maiestati Vestrae Regiae, eiusdem Regno et hisce terris fructuose inserviri possit, colloqui[q], consultare, unaque concludere haud gravatim iuvabo.

Nihilominus, quamvis sine dubio sperem ac plane confidam Maiestatem Vestram Regiam, tanquam prudentissimum Regem, qui non parvam habet apud omnes status et ordines existimationem, auxilium, consilium subsidiumque cum cuiuslibet casus et periculi commemoratione peciisse, maioremque apud eos quam ego authoritatem habitura sit, tamen cum istud Maiestas Vestra Regia a me quoque fieri velit, non omissurus sum illud ipsum similiter apud meos quoque Dominos et amicos diligenter quaerere ac promovere, quo tandem communi ope christianorum statuum intercedente, huic christiani nominis hosti potentissima vi resisti possit, nec tandiu expectetur, donec locus unus post alterum, quemadmodum proch dolor! hucusque factum est, a tali hoste devastetur occupeturque. Cuius postremo arma ignesque lacius grassatura essent in detrimentum non modicum, imo pocius interitum, tocius Christianae Reipublicae.

Haec omnia, Serenissime Rex, ut ardua sunt, ita copiosius ac pluribus verbis putavi illa ad Maiestatem Vestram Regiam esse perscribenda, eandem humillimis praecibus obsecrans, ut me, quod prolixior in scribendo fuerim, clementer excusatum habere illaque omnia, uti ex candido ac sincero animo profecta, aequo benignoque a me animo suscipere non dedignetur. Nam Maiestati Vestrae Regiae eiusdemque charissimo filio, Domino meo clementissimo et consobrino charissimo, pro debito meo obsequio nullo non tempore, nec corporis proprii viribus, nec omnibus facultatibus parcendo, inservire gratumque obsequium praestare ex animo cupio. Quam Deus Optimus Maximus ad divini nominis sui gloriam ac universi Christiani Orbis salutem diu servet nobis omnibus foelicem, salvam ac superstitem. Cui me una cum toto hoc meo feudali Ducatu omnibusque subditis unice commendo. Datae ex Regio Monte, XXV Marcii anno, ut supra.

Commissio Principis propria
idem audivit legere.
Hieronymus.

In margine in initio scripti: Ad Regem Poloniae, XXV Marcii.

a) *verbum correctum.*
b) *in ms.* factum
c) *in ms.* irrumptionem
d) *sequitur expunctum*: con
e)-f) *in margine.*
g) *in ms.* huic
h) *in ms.* eandem
i) *sequitur expunctum*: noster
j) *in ms.* circumiacentibus
k) *in ms.* Monarchiae
l) *in ms.* succurre
m) *in ms.* exiget
n) *correctum ex*: faciles
o) *in ms. correctum in*: illis
p) *in ms.* aliquam
q) *sequitur expuntum*: col
1) *Solimanus II.*
2) *Carolus V.*
3) *Ferdinandus I.*

N. 1616.

E Regio Monte, 25.III.1539.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori
exigua dona sua regi placuisse gaudet; « vegetae iuventuti » *eius gratulatur.*

(Latine)

Cfr. El. XXX, N. 186.

Ostpr. Fol., vol. 51, f. 27.

N. 1617.

E Regio Monte, 25.III.1539.

Albertus dux in Prussia
Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, exercituum R.P. capitaneo,
rogat, ut una cum ceteris Regni Poloniae ordinibus et ipso rege invigilare velit, quo imminenti a Turcis periculo mutuis consiliis ac unitis viribus occurratur; de rerum praesentium statu certiorem se fieri petit negotiaque sua commendat.

Cfr. El. XXXVI, N. 587.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 22-23.

Rogat, ut cum ceteris ordinibus Regni et Regia Maiestate invigilent et impendenti a Turca malo resistant.

Quandoquidem ipsa Regia Maiestas, Dominus et avunculus noster clementissimus, certa nova, horrenda quidem auditu, de communi peste et christiani nominis truculentissimo hoste, Turcharum scilicet tyranno[1)], deque eo, quod denuo in eiusdem nominis perniciem moliatur, nobis regiis suis literis dolenter significavit, non immerito nos quoque communi dolore et timore afficimur, motivum quoque nostrum et quid ea in re necessario statuendum pro ingenii nostri exiguitate censemus, eidem Regiae Maiestati rescripsimus, quae procul dubio Magnificentia quoque Vestra et eisdem literis communicatione[z)] ipsius Regiae Maiestatis intelliget. Quam quidem Magnificentiam Vestram singulari exemplari duplicique lectione non duximus onerandam. Singularem itaque in Magnificentiam Vestram ponentes fiduciam, rogamus, Magnificentia Vestra velit, pro sua summa industria et dexteritate, una cum ceteris incliti Regni ordinibus et praecipue[a)] Regia ipsa Maiestate invigilare, ut huic instanti malo mutuis et unanimis consiliis, viribus atque artibus ad hoc idoneis, opitulante inprimis Deo Optimo Maximo, occurratur. Quod vero nos, ex debita nostra observantia et proclivi amore erga omnes Regias Maiestates ipsumque Regnum Poloniae, consilio vel facto praestare possimus, id ultro ex animo pollicemur. Ceterum ad hoc epistolium scribendum non minus quoque nos impulit mutuus et fraternus amor ac benevolentia nostra ad invisendam scilicet eandem Magnificentiam Vestram, cuius prospera valetudine et secundis successibus non minus ac propriis laetamur. Rogantes fraterne, Magnificentia Vestra velit nos vicissim suis charissimis

literis frequenter invisere, praesertim hoc tempore plus ceteris mutua consolatione egente, nosque de praesentibus rebus, quae omnimodo et citra offensam scribi possint, facere certiores, ut communis fortunae successuum participes in laetis congratulari et in adversis una dolere possimus, denique ut Magnificentia Vestra non velit quoque desinere personam nostram et similiter negotia nostra adiuvando et promovendo apud Regias Maiestates solita sua fraterna sedulitate habere commendata. Ubi vicissim nostris officiis Magnificentiae Vestrae gratificari possimus, reperiet nos eadem sedulitate devinctos atque promptissimos... Datae e Regio Monte, ut supra.

Commissio Principis ex relatione
Secretarii.
Loemöller.

In initio epistolae in margine: Ad Dominum de Tharnaw, XXV Marcii.

a) *in ms.* praecipua
z) *sic in ms.*
1) *Solimanus II.*

N. 1618.

E Regio Monte, 25.III.1539.

Albertus dux in Prussia
episcopo Cracoviensi [Petro Gamrat]
pro litteris, singularis erga se amoris et benevolentiae testibus, gratias agit; nova de Turcis a rege quoque se accepisse eique respondisse nuntiat; de nuptiis reginulae Isabellae (cum Ioanne rege Hungariae) gaudet et gratulatur; gratias agit pro nuntio de marchione Ioachimo ab ordinibus Regni in feudum Prussiae non accepto, sed animo regio hac in re eidem marchioni bene inclinato; Nicolaum Nibschitz commendat et rogat, ut ei in omnibus fidem praebeat.

Cfr. El. XXXVI, N. 584.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 23-26.

Responsoriae literae de variis rebus.

Accepimus Vestrae Reverendae Paternitatis literas, singularis erga nos favoris et benevolentiae testes. Quibus maerorem ex obitu Reverendi Praesulis Ioannis[1], fratris nostri longe charissimi, conceptum Reverenda Vestra Paternitas haud parum mitigare pergit, eo quod eundem nobis in omnibus accommodum non amisisse, sed cum Reverenda Vestra Paternitate uberiori tanquam foenore commutasse tantum sentimus. Amici officium Reverenda Vestra Paternitas principio subiit, quod gratulatorias nostras literas tanta humanitate exosculatur et infallibilia amoris argumenta ex his colligere studet, tandemque et se nobis e regione immensa alacritate ad vota offert, quaeque et praecipue indefessa erga Sacras Regias Maiestates, Dominos nostros clementissimos, commendatione nulli cessuram pollicetur. Haec virtutis magnae et inclitae gratitudinis luculenta sunt specimina, quae quantumcumque parte acceperit, semper tamen largius se diffundere copiosiusque rependere conatur. Erunt hae

Reverendae Vestrae Paternitatis literae perpetua apud nos fraternae mutuaeque nostrae arctissimae coniunctionis monimnta, praeter studium enim, amoris abundantiam, propensam in nos voluntatem, observantiam et indefessa erga nos obsequia, nihil spirare videntur, adeo omnes fere lineae fraterna benevolentia scatent. Pro quibus dum gracias agere pares nequeamus, quod nobis reliquum est, Reverendam Vestram Paternitatem amare, colere et venerari nunquam desinemus.

Nova tandem vere tristia, quae nobis Reverenda Vestra Paternitas immanissimis de Thurcis scribit, a Sacratissima Regia Maiestate, Domino et avunculo nostro clementissimo, pariter accepimus, eadem siquidem et copiosius quoque ad nos perscribere dignata est. Super quae Sacrae Regiae Maiestati et nos quoque vicissim respondere curavimus, nostrum principio, quale quale est, consilium obsequiose aperiendo, auxilium tandem et opem omnem, quae in nobis est, prompto et hylari animo offerendo, simul ut patrono cliens, clementi imo patri obsequentissimus filius, nunquam defuturos nos pollicemur. Ad hoc siquidem multae nos obstringunt rationes. Non modo enim sanguinis necessitudo et privata patronatus et clientelae arctissima confoederatio, sed et communis christianae religionis sacratissima conglutinatio, cuius negocium agitur, nos vehementissime urget. Parum sane esset fluxa nobis ea abripere bona, quae alioqui diucius servare nequimus, at coelestem nobis fidei et religionis thesaurum Machometicis spurciciis tandem (quae tyrannus pro viribus dilatare unice cupit) miscendo defoedare et corrumpere calamitosum[a)] plane censetur. Quare et Reverenda Vestra Paternitas una cum coeteris ecclesiasticis Regni proceribus ac omnibus ordinibus totis viribus huic negocio incumbant, sedulo curent, privatis omnibus sepositis commodis, publice[b)] et hoc mature, ne mora et negligentia, semper defensoribus periculosior, nobis commoditatem abscindat. Nos sane communis sortis, quocumque vela tandem vertentur, participes fieri non abnuimus, imo christiano cum desyderio expectamus.

Praeterea Reginae Isabellae Serenissimae, affini nostrae charissimae, congratulamur talem sponsum[2)] obtigisse, qualem et vere Penelopicae suae virtutes merentur. Nupciarum foelix auspicium certis carminibus et poematibus haud ineptis celebratum legimus. Restat, ut et coronidem aliquando audiamus, quam et Vestra Reverenda Paternitas una cum aliis emergentibus novis (quibus dubio procul Ungaria iam indies, plus quam cupit, abundat), reversis nupciarum legatis et comitibus, ad nos perscribere non gravetur.

Porro de peticione Illustris Ducis Ioachimi Electoris etc., cognati nostri charissimi, nihil antea acceperamus. Vestra Reverenda Paternitas primum nobis detexit rem sane gratitudine dignam, ea nobis relatione exhibendo. Quod autem sacro regio animo ad hoc inclinato, Regni ordines detrectaverint reclamando, neutri quicquam parti obvertere modo valemus, nec scimus, inclitae[c)] quidnam Coronae hac in re potissimum conducat. Quantum vero ad nos spectat, ingenue fatemur, trutinatis prae oculis velantibus causis et praecipue tam arduis Thurcarum Thatarorumque bellorum insultibus, nos cupere Sacrae Regiae Maiestati plures feudali iure Principes accedere et connexos iri, ut et hii subiectionis debito auxilio ad omnem, tam aequam quam iniquam aleam, praesto esse[d)] ex debito iure tenerentur promptoque animo non se ipsos et eorum commoditatem, sed Regni pocius et Sacrae Regiae Maiestatis utilitatem quaererent. Nec tam propriam ditionem dilatare, quam communes Regni terminos tueri et Christianae Reipublicae tranquillitatem manutenere

curarent. Iniquus sane esset, qui tales Regno incorporari auxiliatores non desyderaret, ad quos tutissima tanquam ad asila[e] necessitatis tempore noster simplex concurreret popellus. At quid Sacrae Regiae Maiestati Regnique ordinibus praedictum erga Illustrem Electorem Principem agendum sive dimittendum sit, profundae eorum sapientiae indiscussum relinquo.

Caeterum accessit nos his diebus nobis dilectus a consiliis et deditus noster Clarus Nicolaus Nipsczitz, indicans nobis magnam Reverendae Vestrae Paternitatis erga ipsum ostensam humanitatem, graciam et benevolentiam exhibitam in eo, quod Reverenda Vestra Paternitas possessionem et usufructum bonorum, a praedecessore foelicis memoriae immediate olim sibi amplificatorum, tam pacifice et graciose ei concesserit. Pro qua re gracias agere minime gravaremur, ni[f] maiora Reverendae Vestrae Paternitatis nobis ipsis exhibita beneficia gratitudinis omnem locum adimplessent, suam quodammodo praeoccupando. Commendare tamen praefatum Nicolaum Nipschitz nobis integrum relictum est, quem Reverendae Vestrae Paternitati ita commendamus, ut si quid nomine nostro cum eadem Reverenda Paternitate Vestra tractaverit, vel aliqua caeteris coram optimatibus nostra ex commissione proposuerit, plenam ei fidem praestare dignetur. Quidquid postremum et a nobis graciae et benevolentiae Regia Vestra Paternitas sibi fieri velit, indicet verbulo et factum non diffidet. His Reverendam Vestram Paternitatem optime in Domino valere longoque nobis tempore salvam Dei munere ac vegetam persistere optamus. Datae e Regio Monte, XXV Marcii anno etc., ut supra.

Commissio Principis propria.
Cristannus.

In margine in initio scripti: Ad Episcopum Cracoviensem, XXV Marcii.

a) *in ms.* calamitosam
b) *in ms.* publicae
c) *in ms.* incliti
d) *in margine.*
e) *verbum correctum.*
f) *in ms.* in
1) *Ioannes Chojeński, episcopus Cracoviensis.*
2) *Ioannes Zápolya, rex Hungariae.*

N. 1619.

E Regio Monte, 25.III.1539.

Albertus dux in Prussia
Paulo Wolski, R.P. cancellario,
eum in album amicorum suorum libenter assumit; excusationem eius de tardiore ad litteras responso minime necessariam fuisse ait; pro novitatibus sibi communicatis gratias agit; litteras regias de Alexandri Iłowski querela se accepisse nuntiat.

Cfr. El. XXXVI, N. 583.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 27-29.

Officiosae litterae, quibus pro communicatis novitatibus agit gratias.
Magnifice ac Generose Domine, Amice nobis sincere charissime.

Noveritis nos literas Magnificentiae Vestrae, die quinta Marcii Cracoviae datas, accepisse, quae nobis in primis ob singularem nuntium in-

tegritatis et benevolentiae Magnificentiae Vestrae erga nos, quem secum adferunt, nobis fuerunt nedum charissimae, verum etiam iucundissimae. Quare eandem Magnificentiam Vestram in album amicorum nostrorum non quidem[a] vulgarium vel postremorum, sed qui nobis, post consanguinitatis necessitudinem, sunt charissimi, perlibenter adsumimus, parique integritate, benevolentia ac gratia amplexandam. Praeterea excusacionem morae responsionis, nomine Regiae Maiestatis, Domini et avunculi nostri clementissimi, a Magnificentia Vestra factam, minime necessariam fuisse remur, quandoquidem sciamus Regiam Suam Maiestatem omnesque ab officio scribendi eidem Maiestati addictos, praesertim hoc turbulento et pleno periculorum tempore, alias esse occupatissimos.

Caeterum pro novitatibus, nobis a Magnificentia Vestra communicatis, habemus gratias, quamvis easdem ex Maiestatis Regiae literis lacius accepimus, quibus non immerito communi dolore et timore afficimur. Quae vero ex debito observantiae nostrae erga omnes Regias Maiestates et ipsum inclitum Regnum Poloniae hac in causa duximus respondenda[b], Magnificentia Vestra procul dubio ex nostris literis, ad seniorem Regiam Maiestatem directis, intelliget.

Denique ex oblata integritate et benevolentia Magnificentiae Vestrae occasione sumpta, non possumus eidem caelare, nos nuper literas Regiae Maiestatis et Amplissimorum Regni procerum accepisse, ex quibus intelleximus quendam Alexandrum Ilowssky nos apud eosdem, certe citra meritum et culpam nostram, detulisse, nos scilicet eidem administrationem iusticiae in exhibendis sive edendis certis suis colonis, contra tenorem regiae concordiae, denegasse. Quod sane boni consulere haud possumus. Quapropter non ab re exemplaria cum literarum regiarum, tum responsi nostri ad dicti Ilowsski literas, ad nos in hac causa datas, praesentibus inclusa Magnificentiae Vestrae duximus mittenda, rogantes, Magnificentia Vestra velit quoque Regiam Maiestatem nostro nomine informare et simul amice observare, si quando iniquae huiusmodi caussae nobis absentibus[c] deferuntur, ne Regia Maiestas velit easdem facile admittere, multoque minus fidem omnimodam eisdem adhibere, quandoquidem nihil magis alienum ab[d] principalibus officiis fore arbitramur, quam cuiquam iusticiam, humanitatis tocius regulam, modo si rite et iure petatur, denegare. Faciet in hoc Magnificentia Vestra rem mutui nostri[e] amoris consonam, nobis vero gratissimam, mutuis incessantibus officiis retaliandam[f]. Quam Magnificentiam Vestram quam felicissime et semper valituram exoptamus, rogantes, Magnificentia Vestra velit nos suis charissimis literis saepius invisere. Datae ex Regio Monte, ut supra.

Commissio Principis propria.
Loemoller.

In margine in initio scripti: Paulo de Volia, XXV Marcii.

a) *in ms.* *quidam*
b) *in ms.* respondendam
c) *in ms.* obsentibus
d) *in ms.* ob
e) *correctum ex:* nostro
f) *correctum ex:* rethaliandam

N. 1620.

E Regio Monte, 25.III.1539.

Albertus dux in Prussia
Alexandro Iłowski, pincernae Visnensi, capitaneo Latovicensi,
litteras regias una cum litteris eius, querelam de non redditis ei profugis colonis continentibus, se accepisse nuntiat valdeque miratur, cur immerito ab eo coram rege delatus sit.

(Adest etiam textus germanicus, Ostpr. Fol., vol. 43, ff. 121-124).

Cfr. El. XXX, N. 181 et El. XXXVI, N. 596.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 29-31.

Significat se literas regias accepisse, quibus accusatur, quod captivos reddi non curaverit. Quod vero se facturum promittit cum[a] administratione iusticiae.

Salutem plurimam.

Nobilis, singulariter nobis dilecte.

Noveritis nos literas Regiae Maiestatis Poloniae, Domini et avunculi nostri clementissimi, una et vestras, 2 Marcii in Litowitz datas, accepisse. Quare certiores vos esse cupimus nos memoria tenere, quid ea in causa praefata Regia Maiestas, necnon partim incliti Regni Poloniae Senatus, scripserit. Neque ignarum vos putamus, quod quidem et literae vestrae testantur, quid tum nostris officialibus, praesertim Generoso consiliario nostro, fideli dilecto Wolfgango Domino de Heideck, praefecto nostro in Rastenburg, ratione repeticionis colonorum vestrorum ad satisfaciendum regiae concordiae dederimus in mandatis. Qua quidem in re literis responsalibus edocti sumus[b], quid cum alii, tum dictus praefectus Rastenburgensis, vobis rescripserunt, quidve obstiterit, quominus exhibicio sive editio dictorum colonorum facta sit. Cuius quidem de Heideck oblationem certe iniquam iudicare non possumus. Similiter et caeteri officiales nostri nobis indicarunt se quidem paratos fuisse omnimodo regiae satisfacere concordiae, dummodo[c] repeticio ipsa iuxta tenorem eiusdem concordiae legitime[d] per vos instituta fuisset. Quare suspicati sumus causam dudum per vos iuxta tenorem dictae concordiae cum praefectis nostris transactam[e] fuisse. Quod si per vos ipsa re secus edocti fuissemus, fuissemus profecto in hoc intenti, quod adhuc pollicemur, id effecise[f], quod aequitas vobis per officiales nostros indilate praestita fuisset. Quare minime necessarium fuisset ipsam Regiam Maiestatem atque Amplissimos Regni ordines in ea caussa interpellare ac molestare.

Miramur itaque, quod et boni consulere non possumus, nos citra culpam et scientiam nostram eo nomine apud Regiam Maiestatem caeterosque proceres esse delatos, non tamen dubitantes, si quando ipsa Regia Maiestas et reliqui ordines pronam nostram in administrando cuique iusticiam voluntatem senserint, deque causa nostra ex parte edocti fidem nobis indubitatam adhibituros. Nichilominus tamen, ne quoquo modo de nobis officialibusque nostris iure conqueri possitis, scribi denuo fecimus praefato praefecto nostro, Domino de Heideck, et ad reliquos officiales nostros, districte mandando, ut huiusmodi homines fugitivos, quando iuxta continentiam saepefatae concordiae regiae legitimo inquisiti et repetiti fuerint, indilate exhibeant edantque. Ferre quidem possumus, quod et aequitatis est, si quando quisquam de nobis coram Regia Maiestate conqueri praesumeret, nobis id prius significaret, ut nobis iustam quoque nostram responsionem coram facere liceret.

Quod vero attinet actionem damni et expensarum, ad summam sexaginta aureorum a vobis aestimatarum, quam contra nominatum praefectum nostrum in Rastenburg habere praetenditis, si per vos indicatum fuerit, quo iure et ex qua causa restitucio huiusmodi vobis debetur, nec diversum a praefecto nostro edoceri[g] poterit, procurabimus apud eundem, ut id, quod iusticiae est, efficiat. Caeterum minus necessarium existimamus id, quod a vobis petitur, scilicet, ut servitorem pariter nostrum una cum vestro ad ipsam exhibitionem colonorum vestrorum mitteremus, quandoquidem propriis literis significatis, modo vos ad conscribendos milites a Regia Maiestate esse destinatos, quominus dies certa indici possit, siquidem a nobis ita procuratum est, quod et effici haud diffidimus, modo si iuxta tenorem saepefatae concordiae in repeticione et probatione rite procedatur[h], officiales nostros vobis adiuvando et edendo non defuturos. Quod quidem hac in caussa, vobis cum omni gratia et favore affecti sumus, celare non potuimus. Datae e Regio Monte, ut supra.

Commissio Principis propria.
Lomoller.

In margine in initio scripti: Domino Ilowski, den XXV Marcii.

o) *suprascriptum pro expuncto*: iuxta
b) *in ms.* summus
c) *sequitur non expunctum*: regiae satisfacere concordiae, dummodo
d) *in ms.* lagitimo
e) *in ms.* transactionem
f) *verbum correctum.*
g) *in ms.* edoci
h) *in ms.* procedetur.

N. 1621.

E Regio Monte, 26.III.1539.

Albertus dux in Prussia
Iosto Ludovico Decio
dolium vini boni (malmasyr ») *sibi suppeditari expetit.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 337-337v.

Sequitur per errorem hic descripta versio germanica litterarum Sigismundi I regis Poloniae ad ducem Albertum, Cracoviae, 8.III.1539 datarum, ff. 337v-339, iam ed. El. XXX, N. 188).

N. 1622.

E Regio Monte, 26.III.1539.

Albertus dux in Prussia
Nicolao Nibschitz
de meliore eius valetudine gaudet; rogat, ut oblata occasione reginam Isabellam nomine suo salutet; pro novitatibus de variis legationibus ad aulam regiam missis gratias agit; de filio sibi nato et voluntate divina mortuo ac de uxoris suae partu debilitatae infirma valetudine nuntiat; amicos salutari iubet.

(Germanice)

Cfr. El. XLVIII, NN. 310, 315.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 343-345v.

N. 1623.

E Regio Monte, 26.III.1539.

Albertus dux in Prussia
Gregorio Skora de Gay, tenutario Obornicensi,
consilium dat, ut in negotio bonorum suorum Mielno (Myelno) *prope oppidum Hohenstein (Olsztynek) sitorum se prius ad iudicium terrestre Hohensteinense conferat, deinde, nacto aliquo impedimento, ad se, prout dominum superiorem* (« oberherr »), *appellet.*

(Germanice)

Cfr. El. XXXVI, N. 582.

Ostpr. Fol., vol. 43, f. 124.

N. 1624.

E Regio Monte, 1.IV.1539.

Albertus dux in Prussia
teloneatori Posnaniensi [*Stanislao Dziaduski*]
pro studio et benevolentia Georgio Schultheyss, servitori suo, exhibita gratias agit; rogat, ut vasa et bona Brandenburgensi signo notata, prout ad se pertinentia, sine telonei solutione transvehi permittat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 42-43.

N. 1625.

E Regio Monte, 2.IV.1539.

Albertus dux in Prussia
Ioanni Kościelecki, palatino Iunivladislaviensi,
Martini Chodowski fratri se libenter veniam discedendi daturum esse nuntiat, ut domum suam, arduis negotiis suis ita exigentibus, visitare possit, sed addit in aula sua nullum se eius nominis aulicum habere; Ioannem Baliński, studiosum adolescentem, a se discedere permittit.
(Latine)
Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 43-44.

N. 1626.

E Regio Monte, 14.IV.1539.

Albertus dux in Prussia
regi Portugalliae [*Ioanni III*]
pro Matthaeo a Demen, cive Regiomontano, intercedit et rogat, ut post obitum fratris uxoris suae Barbarae, Ioannis Thomassen, bombardarum magistri, qui Lisbonae hospitium suum apud Iacobum Organistam habuit et in Canaria (Canardia) *insula in servitio Portugalliae regis diem suum obivit, bona ab hoc affine suo Lisbonae relicta consequi possit; petit praeterea scriptum testimonium, regio sibillo confirmatum, de eiusdem Ioannis Thomassen obitu, ut alia quoque eius bona, in Hollandia adhuc exsistentia, adipisci queat, ad quod negotium expediendum servitorem suum Michaelem Rossen, ad regem mittit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 44-55.

N. 1627.

E Regio Monte, 15.IV.1539.

Albertus dux in Prussia
Andreae a Górka, castellano Posnaniensi,
capsulam, binas litteras et recognitionem (quietationem) super 3000 aureorum Rhenensium summa ei mutuo data continentem, se accepisse nuntiat et addit excusationem eius ob transmissae recognitionis moram minime necessariam fuisse; rogat, ut sibi saepius scribat et nova, praesertim de Turcarum conatibus, transmittat.

Cfr. El. XXXVI, NN. 575, 585.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 46-47.

Significat se litteras cum capsula quadam accepisse etc.

Magnifice et Generose.

Significamus Magnificentiae Vestrae nos quandam capsulam, albo linteo obductam, intrinsecus vero recognitionem super summa trium millium aureorum nummum Renensium, una et binas literas Magnificentiae Vestrae transfixas quidem, sed non obsignatas (priores scilicet de dato feriae quartae post festum divi Francisci anni trigesimi octavi exacti, posteriores vero Posnaniae primae diei Aprilis anni praesentis), continentem, ipsa dominica Quasimodo geniti certo latore recepisse. Nos quidem excusationem Magnificentiae Vestrae ob moram transmissae recognitionis, tum etiam solicitudinem de forma ipsa inscriptionis, minime necessariam ducimus, quandoquidem non opus fuit nostri causa aliqua hac in parte festinatione, tum insuper Magnificentiam Vestram de exquisiciori forma obligationis fuisse solicitam nec quicquam in hoc gravamur, cum longe in maioribus fidem et integritatem eiusdem Magnificentiae Vestrae diu nobis perspectam habeamus. Quando vero ita visum est Magnificentiae Vestrae pro singulari sua industria et providentia, forte ob mortalitatis eventum, id quidem eo nomine accipimus, quam minime diffidentes Magnificentiam Vestram id, quod aequitatis est, de solutione quoque dispositurum esse.

Caeterum si Magnificentiam Vestram et ipsius coniugem, conmatrem nostram charissimam (quam plurima nostra salute impartiendam rogamus), necnon et liberos bene valere intelligamus, gauderemus profecto plurimum, quod quidem et speramus et ex animo precamur. Rogamus denique, Magnificentia Vestra velit nos literis suis, quae nobis semper esse solent et sunt gratissimae, saepius invisere, et si quod novarum rerum hinc inde, praesertim de Turcharum tyranno[a], infestissimo[1] christiani nominis hoste, deque ipsius molimine forte in ipsum inclitum Poloniae Regnum, profertur, nobis fraterne communicare. Ubi vicissim Magnificentiae Vestrae complacere possumus, inveniet nos pro mutuo nostro officio et fraterno amore semper promptissimos. Datae e Regio Monte.

Commissio Principis
ex relatione Secretarii.
Loemoller.

In margine in initio scripti: Domino Andreae de Gorckaw, XV Aprilis.

a) *in ms.* infestissimi

1) *Solimanus II.*

N. 1628.

E Regio Monte, 15.IV.1539.

Albertus dux in Prussia
Henrico Storch et Ioanni Graff, civibus Posnaniensibus,
de vendendis clenodiis a defuncto Iacobo Korb relictis et de pecunia inde obtenta miseris orphanis eiusdem Korb destinanda.

(Germanice)

Cfr. El. XLV, N. 30.

Ostpr. Fol., vol. 42, 345v-346.

N. 1629.

E Regio Monte, 18.IV.1539.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
significat novitates sibi « a magnis et fidis optimatibus » *allatas esse de oratoribus Romani pontificis, imperatoris, regis Romanorum aliorumque principum christianorum una cum legato imperatoris Turcarum Cracoviae congregatis et de pace cum Turcis tentanda; rogat, ut rex ad principes totius Orbis Christiani scribat eosque ad defensionem contra Turcas parandam adhortetur, aliaque consilia regi impertit.*

Cfr. El. XXX, N. 190.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 47-55.

Novitates de Thurca, petitque simul, ut scribat ad alios Principes, Electores etc. eosque hortetur ad municionem contra Thurcam.

Serenissime Rex, Domine Clementissime *etc.*

Quamvis paucis elapsis diebus Sacrae Maiestati Vestrae Regiae cum proprio suo cubiculario ad eas, quas tunc temporis ad me dederat literas, responderim ac nonnulla alia quoque una scripserim, tamen pro debita obedientia Regiam Maiestatem Vestram, quaecumque scriptu digna mihi interdum occurunt, celare neutiquam possum. Proinde Maiestatem Vestram Regiam ignorare nolo, mihi a magnis et fidis optimatibus per literas significatum esse, quasi illis pro certo indicatum sit, quod quamvis Caesarea Maiestas[1] ac Persarum Rex[2] adversus Thurcam[3] exercitum ducere Constantinopolim usque in animo habuerint, tamen ex ea re Dietam tandem et congregationem factam, eandemque coram Maiestate Vestra Regia atque in illius Regno Cracoviae habitam esse, ubi Papalis Sanctitas[4], Romanae Caesarea ac Regia[5] Maiestates, Regia Dignitas Franciae[6] necnon Veneti ac Thurcarum Imperator legationes suas praeclaras habuere et fortassis rem ad tentandam pacem ac inducias aggressi. An vero res ita sese habeat, prout ad me scribitur, et quales sermones tanti proceres habuerint, prorsus me latet. Mihi tamen una cum his indicatur, ex eo

loco duos nuncios procul dubio ac meo quidem iudicio a caesarianis, unum ad Caesaream Maiestatem, alterum in Burgundianam aulam, ablegatos, quo Burgundianis annuncient[a], ut Regna Angliae et Daniae invisant. Et quamvis istis novitatibus accedere nondum potuerim, tamen sollicitudine me liberare neutiquam possum, considerans eum, qui Regna Daniae possidet, quam facile ille has Maiestatis Vestrae Regiae terras Prussiae perturbare et molestare possit.

Ad haec pro fide digno a Maiestatis Vestrae Regiae et meis intimis amicis et propinquis accepi, quasi Regiae Sublimitatis Daniae[7], Domini, cognati et adfinis mei charissimi, necnon et mei adversarii ea consilia et practicas moliri in animo habeant, ut, cum (quod absque iactantia tamen scriptum sit, nec negari id potest, sicuti iis, qui coram et praesentes fuere, satis notum est) meae naves aliaque auxilia in proximo Danico bello Regiae ipsius Celsitudini ibidem non parum usui atque utilitati fuerint, in id omnes cogitaciones et nervos extendant, quo Regiae Suae Celsitudini, quantum unquam fieri queat, auxilium subsidiumque meum detrahant et adimant. Cum tamen id omne, nihil excepto, quicquid hac in parte feci, in Regiae Maiestatis Vestrae terrarum Prussiae utilitatem, quo malevoli harumque terrarum invidi hoc longius propulsentur, factum, atque ita Regnum Daniae a suis persecutoribus et Prussia a Theutonico Ordine aliisque adhaerentibus illi simul invadi et molestari atque per hoc pars alia alteri hoc minus auxilio subsidioque venire possit. Et quamvis firmam spem in Deum Optimum Maximum collocem, divinam illius benignitatem omne malum et bellicos tumultus tocius Christiani Orbis ab his quoque terris clementer aversuram esse, tamen ego haec omnia Maiestati Vestrae Regiae pro ratione obedientiae et praestiti iuramenti, tanquam fidus fido, significare volui, adiecta humili peticione suggessioneque filiali, Maiestas Vestra Regia, uti clementissimus ac prudentissimum Rex, periculum harum terrarum cordi sibi sumere clementer velit ac sicuti firmiter spero, iuxta peticionem meam, nuper[b] factam tempore pacis, vicinis proximioribus harum terrarum, Maiestatis Vestrae Regiae Regni subditis, similiter eiusdem statibus illarum provinciarum Prussiae iniungere non dedignetur, quo ita se parent, ut, si subita aliqua vis seu impetus (quod Deus clementissimus diu prohibeat) uni vel alteri parti eveniret, ab omni parte et undique parati et expediti esse queant imminentis periculi Maiestati Vestrae Regiae succurri, aut hic pars alia alteri auxilium et opem ferre possit, et ut omnes certi esse queamus, quales personae Maiestatis Vestrae Regiae partis, si res veniret ad arma, conveniri debeant, et ut illae quoque mandatum a Maiestate Vestra Regia haberent. Nam alias haud facile quis huiusmodi provintiam aut onus in se susciperet. Ego quoque pro mea persona ad proximiores Maiestatis Vestrae literas, propter christiani nominis hostem, Thurcam, et commune illud periculum, pro virili mea et quantum in me erit, ita me parabo et accinctum reddam, ut omni tempore Maiestati Vestrae Regiae eiusdemque Regno, necnon hisce quoque terris, ad propulsandam vim et extinguendum omne incendium, damnum et periculum, si quod de repente eruperit, praesto esse ac semper expeditus et alacer inveniri queam.

Ac etiamsi antea Maiestati Vestrae Regiae propter gravem Thurcae[c] incursionem et vicinitatem eius, quomodo huic quoque ac omnibus aliis obviam iri queat, consilium meum subditum ac fidele aperuerim, tamen id medio interim tempore mihi quoque occurrit, arbitrorque (quamvis

non ignorem Regiam Vestram Maiestatem, utpote amatorem pacis, in iis, quaecumque ad stabiliendam et conservandam sanctam pacem et concordiam aliquod momentum habere videantur, nullis sumptibus parcere, multo minus in istis, tum suis, tum aliis communis Christianae Reipublicae gravissimis periculis, aliquid vel negligere vel mittere) non infructuosum fore, considerato, quod nisi communi omnium auxilio et ope immanissimo huic christiani nominis et sanguinis hosti resistatur, unica vis, quantumvis magna, parum profutura sit, si Maiestas Vestra Regia duas legationes aut plures, pro regio suo ac praeclaro iudicio, arbitrio et voluntate, quas quidem Maiestas Vestra Regia in regia sua aula habet non exiguis dotibus praeditas, primam videlicet ad Romanam, Hungariae et Boemiae Regiam Maiestatem, similiter ad Archiepiscopum Saltzburgensem[8)], necnon Electores caeterosque Principes, tam spirituales quam saeculares, Comites Palatinos Rheni Bavariaeque Duces, nihilominus ad Cardinalem Moguntinum[9)], Electores reliquosque Principes Saxoniae et Marchiae, Hassiae, Pomeraniae, Brunsvici, Luneburgi, Silesiae, ad eos, ad quos Maiestati Vestrae Regiae commodum et consultum videretur, ablegaret commemorando, quam variae, graves et periculosae practicae et technae ob oculos hominum nunc versentur, et quod illud negocium et propositum tale esset, quod non solum Maiestatem Vestram Regiam in his terris existentem, ut quae medium quodammodo sit inter huiusmodi christiani nominis hostes ac Romanum Imperium caeterasque finitimas regiones et principatus, verum etiam universam Christianam Rempublicam summe videatur attingere, adiecta monicione aliqua peticioneque, bene considerantes omnia praedicta, quantum hac in causa sit positum, Maiestatem Vestram Regiam nec auxilio, nec consilio, nec re denique ipsa deserere velint. Attamen ut legati prae omnibus hac informatione bene subordinentur, ut si ulla interlocutio vel obiectio in uno aut altero casu, quasi Caesarea Maiestas in eo vel hac vel aliis de causis nonnihil commoveretur et eius deliberationis esset, quod religionis causam prius ad iustam et firmam concordiam reducere statuisset, sese obferret, possent nuncii eam ipsam opinionem commode et maturo quidem consilio diluere vel hoc saltem modo. Quod quamvis summa necessitas postularet, ut ea dissensio inter Romanam Caesaream Maiestatem et protestabiles status atque ordines ad concordiam iam Francofordiae reduceretur, tamen in atroci et crudeli Thurcici tyranni proposito, quod animam, corpus, omnia bona, necnon universi Christiani Orbis salutem et econtra interitum spectat, plus momenti positum esse, ideoque summe necessarium, ut ad resistendum illi omnes omnium vires in unum conferantur, idque Maiestatem Vestram Regiam Romanis Caesareae ac Regiae Maiestatibus reliquisque Electoribus et Principibus, ut bene haec omnia animo secum perpendant et deliberent, relinquere. Et si obiectio quaedam ab aliquo fieret, scilicet nimis sero auxilium peti, posset huic obiici, spem esse Thurcarum tyrannum hoc anno Regnum Poloniae non omnino occupaturum. Verum ut nihilominus omnibus Electoribus caeterisque Principibus, imprimis autem[d)] Saxoniae, Marchiae ac reliquis circumiacentibus Maiestati Vestrae Regiae eiusdemque Regno finitimis indicaretur, posteaquam Maiestatis Vestrae Regiae Regnum Sacri Romani Imperii ac tocius Germaniae adversus Thurcam, Thartaros aliosque vicinos christiani nominis ac fidei crudelissimos hostes ac persecutores propugnaculum

quoddam sit et antemurale, ac nisi potentissimis istis hostibus (dum in longinquioribus adhuc locis facile propulsari possint) mature iunctis copiis collectisque viribus, antequam propius accesserint, ad arcendos eosdem divino accedente auxilio opportune occurratur, considerandum sane ac perpendendum, cum cuiusque prior vicinus oppressus pessundaretur ac tandem ad ipsius proprium vestibulum hostis pertingeret, quidnam resistendo nunc vel tandem gravius esse queat vel deberet. Ideoque cum Marchia, Saxonia aliaeque plures provintiae multo eidem hosti propinquiores Bruthenis sint, iusta erit et apud eosdem pro auxilio ferendo instantia.

Secundo, licet Maiestati Vestrae Regiae nuper fidelibus meis scriptis suggesserim, quo eadem apud Romanas Caesaream ac Regiam Maiestates solicitaret, ut Suae Maiestates Ordini Theutonico Livoniae (qui ad ea munia subeunda, contra infideles nempe arma capessere, potissimum est fundatus et ex debito professionis Christianae Reipublicae quoquo modo labefactatae opem ferre tenetur, inspecto quod et iam diuturna cum vicinis pace confecta securius quiescit) serio mandato committere dignarentur, quo Regiae Vestrae Maiestati contra omnes christiani nominis hostes assisterent et serviendo efficaciter adiuvarent. Attamen videtur mihi et super hoc haud inutile, cum Regia Vestra Maiestas alioqui etiam Electores caeterosque Principes in tam arduo negocio invisere proposuerit, ut Regia Vestra Maiestas non solum Ordinem praedictum, sed et Praelatos et omnes Livoniae status et ordines suis scriptis ad ferendas suppecias admonere hortarique[e)] et responsum eorum scriptis petere dignaretur.

Praeterea cum capitalis hostis Thurcae tyrannica vis et potestas tam valida sit, quemadmodum multis, proch dolor, exemplis comperitur, ut nullus proprio suo robore citra irrecuperabilem iacturam ei resistere facile possit, ad hoc et vetusta tam experientia, quam ex peritis rei militaris exercitatisque Capitaneis supremis, tantum didicimus, quod arduis ac gravioribus imminentibus periculis, gravior quoque et subditorum ratio sit habenda, quo illis extremam citra necessitatem et quantum unquam fieri queat, parcatur[f)], pro illis extraneum pocius populum bellicum ad secandam (ut aiunt) glaciem substituendum censent. Nam si domesticum aliquando robur primo impetu debilitatum armaque patriae mox infaustis belli auspiciis distracta fuerint, sane tam Domino quam subditis interitus, propulsio et internicio imminet extrema. Tametsi quisque patronus clientulorum serviciis iuste utatur atque ad illos tuto confugere queat, consulcius tamen visum est vetustioribus multoque conducibilius hactenus semper iudicatum, citra patriae proprios subditos exoticum quoque exercitum conducere et in promptu collectum militem asciticium ad manus fovere, quorum praesenti subsidio animus et civibus quoque addatur audacius hosti obstrependum, ut si infortunium aliquod emergeret, eo facilius sarciri et per infractos inquilinos firmius aliud fulcrum ad opportunam defensionem subnecti posset. Quare profundae Regiae Vestrae Maiestatis latissime omnia rimanti sapientiae committere, praemissisque simul ex consultacionibus deditissime petere volui et ad deliberandum rogare, an ne ex usu foret non in subditos tocius reluctacionis nervos statuere, sed ea media quaerere (quae Regia Vestra Maiestas sublimi regiaque prudentia et maturo consilio optime novit), quo iuxta Regiae Vestrae Maiestatis undequaque circumfluentes subditos

extraneus et bellicus quoque exercitus conscriberetur, ut tam potenti christianae religionis capitali hosti, post divini numinis opitulamen, coadunata illorum etiam virtute (si ad arcendum hostem animus aderit), armata in resistenciam manu eidem occurrere damnaque omnia ac pericula, quantumcumque licuerit, antevertere queant.

Postremo, etsi me non fugiat Regiam Vestram Maiestatem, tanquam sapientissimum, cautum et circumspectissimum Regem, longe antea singula, quae tam ad victus rationem, quam etiam reliquum belli apparatum, utputa thormentorum, nitropulverum, telorum[g], globorum saxorumque et omnium aliarum ad bellum necessariarum rerum usum spectare videntur, studiosius praeordinasse optatamque illorum et opportunam in promtu habere copiam non diffidam, nihilominus tamen, cum Regiam Vestram Maiestatem arduis aliis maximis ac sollicitudine plenis tam sui Regni, quam etiam Bruthenicae huius terrae, negociorum curis indies distineri, distringi ac perpetuo occupari in confesso sit, praeterire non potui, quin et Regiae Vestrae Maiestati haec eadem debita submissione fidoque corde suggererem, quo extrema quadam necessitate imminente, quam Deus clementer avertere dignetur, omnia in numerato praestructa essent, providereturque tempestive, ne rerum necessariarum vecturae adminiculum potenti ac numeroso exercitui deesset unquam, quo subditis omnis quaerelae ansa et occasio praeriperetur; haud minor quoque et arcium, castrorum ac urbium habeatur ratio, quo tam victualibus, quam caeteris bellicis municionibus in tempore provideantur, ut deficiente vectura aliena e domesticis ad tempus queat exercitus sustentari et ab invisa militibus penuria praemuniri. Cum his humillime ac subdite petens, Regia Vestra Maiestas super haec omnia mihi per hunc meum famulum regium clemensque responsum decernere ac eam ipsam fidam significationem, a debita, qua debui, subiectione, benevolentia ac submissione profectam, boni consulere gracioseque advertere dignetur. Id erga Maiestatem Vestram Regiam studiosissimis meis obsequiis promereri semper studebo, cui me cum omnibus terris ac subditis meis unice commendo. Quam Deus clementissimus ad divini nominis sui gloriam et tocius Christianae Reipublicae salutem diu servet salvam ac incolumem. Datae e Regio Monte, XVIII Aprilis, anno ut supra.

Commissio Principis propria
idem audivit legere.
Hieronymus.

In margine in initio scripti: Ad Regem Poloniae, XVIII Aprilis.

a) *error pro*: annunciet?
b) *in margine.*
c) *in ms.* Thurcam
d) *sequitur expunctum*: autem
e) *in ms.* hortareque
f) *in ms.* parcetur
g) *in ms.* telarum
1) *Carolus V.*
2) *Tahmasp I Sophi.*
3) *Solimanus II.*
4) *Paulus III.*
5) *Ferdinandus I.*
6) *Franciscus I.*
7) *Christianus III.*
8) *Matthaeus Lang, cardinalis.*
9) *Albertus marchio Brandenburgensis.*

N. 1630

E Regio Monte, 18.IV.1539.

Albertus dux in Prussia
Nicolao Nibschitz
quid in « conventu potentatuum » Cracoviae habito actum sit, quomodo cum Turcis in Hungaria res se habeant, quid Francofordiae inter imperatorem et protestantes constitutum sit, certior fieri desiderat; transmittit copiam germanicam litterarum suarum ad regem datarum et rogat„ ut responsum regium ad eas sollicitare studeat.

Cfr. El. XLVIII, N. 317.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 346-350.

An Nickell Nipschitzenn, den 18 Aprilis.

Belangende di zusamenkompf der potentaten gen Crockaw etc.; item dess Turcken halben etc.

Wir koennen dir in gantz genedigem willen, doch aller geheymb und hochstem vertrawen nicht bergen, das wir ko.mt. zu Polan etc., unserm g.h. und freuntlichen, lieben ohemen, yhn massen, wie du dich auss inligender copien zu ersehen geschrieben, und wollen mit Gott bezeugen, das wir seyner ko.mt., derselben reich und allerseyts landen gern also dienen wolten, domit allem nachteyl von denselbigen reichen und landen abgewendet. Und wiewol wir von dem zusamenkhommen, so zu Crockaw gehalten solt seyn worden, vor dieser zeit weder von dir, oder niemandts nichts vermerckt, doneben auss deynem schreyben vernommen, wie es des Turken halben in Hungern steht, mussen wir sovil dest mehr bey uns achten, das umb sovil mender daran seyn wyrdt. Haben aber dannacht unsern phflichten nach (dieweyl es nicht von geringen ortern ahn uns gelangt und die leufth itziger welt sich allenthalben also geschwindt und misstraus tanlassen) solchs alles ko.mt., als der verstendige und hoche berumpte konigk, werde uns diese unsere sorgfeldigkeyt zu keynem ungenedigem gefallen bey sich annemen. Warauf ist unsere genedigs begeren, du wollest bey hochgedachter ko.mt. umb genedige konigliche furderliche antwort bey diesem unserm diener mit guther geschickligkeyt sollicitiren. Doneben, wes an bemelten zusammenkonft der hohen potentaten ist oder nicht, auch wes ungeverlich vorgelaufen, dessgleichen, wie es sich mit dem Thurcken itziger zeit anlest und welcher gestalt die handlung zu Franckfurtt zwuschen romischer key.mt.[1] und den ewangelischen protestirenden stenden zergangen und verplieben; wes dir von diesem allem bewust und zu schreyben ziemblich, auch welcher massen diese sorgliche, hochwichtige hendel und sachen bey ewerem hoff angesehen, was du dorvon heltest und zu vortrawen nicht bergen, hinwider uns gutt willig mitteylen. Dan wes wir disfals eher erfharen, solle hochgemelter ko.mt. und dir auch unvorhalten pleiben nicht zweyfelende, du werdest dich hierinne alles gepurlichen vleisses erzeigen. Das seindt wir yhn allen genaden zu erkennen geneigt. Datum Konigspergk, den 18 Apriliis.

Commissio Principis
propria etc.
Secretarius.

1) *Carolus V.*

Annexum:

Diss ist die copei, welche Nipschitzen ist eingeschlossen und hiemit zugeschicket: *sequitur textus germanicus litterarum ducis Alberti latine ad regem datarum 18.IV.1539, cfr. N. praecedentem.*

N. 1631.

E Regio Monte, 20.IV.1539.

Albertus dux in Prussia
Ioanni regi Hungariae
de coronatione coniugis suae, reginae Isabellae, iam celebrata gaudet ac gratulatur et ob contractum connubium plurimum felicitatis ei precatur; rogat„ ut operam suam regiam interponere velit, quo iuvenis quidam subditus suus e captivitate Turcica liberari possit.

Cfr. El. XXX, N. 184.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 55-57.

Serenissime Rex, Potentissime Princeps *etc.*

Ex litteris, quas Serenissima Illustrissimaque Princeps et Domina, Domina Isabella Hungariae, Dalmatiae, Croaciae etc. Regina etc., Domina et consanguinea nostra colendissima, Regiae autem Celsitudinis Vestrae coniunx amantissima, ad Illustrissimam Principem Dominam Dorotheam, ex regia Danorum stirpe procreatem, Marchionissam Brandenburgensem, Prussiae Ducem etc., tanquam sororem charissimam, consortem vero nostram dilectissimam, atque ad nos scripsit, non sine magno gaudio accepimus, Regiam illius Sublimitatem dominica Invocavit in praesentia multorum oratorum et primatum Regni Hungariae in Alba Regali nuper coronatam esse. Ob quam rem primum Deo Optimo Maximo summas ac immortales agimus gratias, qui Regiam Vestram Celsitudinem ac illius consortem, tam praeclaram scilicet Dominam, divina sua benignitate respicere non dedignatus est. Praecamur itaque Regiae Vestrae Celsitudini ob contractum quoque nuper connubium plurimum foelicitatis, et ut illud ipsum ad divini nominis gloriam et omnium subditorum suorum, necnon universae Christianae Reipublicae, salutem et[a)] utilitatem vergat, eidem ex animo optamus rogamusque, Regia Dignitas Vestra sibi firmiter de nobis istud persuadeat, eandem nobis erit[z)], in quo pro mediocritate nostra et opportunitate temporis Regiae Celsitudini Vestrae gratum aliquod obsequium praestare poterimus, praebebimus sane nos nullo non tempore benevolos ac studiosos.

Caeterum Regiam Dignitatem Vestram in recenti adhuc memoria habere non dubitamus, nos ad eandem praeterito tempore unum ex servitoribus et aulicis nostris cuiusdam subditi nostri[l)], in captivitate apud Thurcam quondam detenti, gracia ablegasse etc. Proinde cum certi nondum simus, an libertati restitutus sit vel non, non[b)] potuimus praetermittere, quin eam rem Regiae Celsitudini Vestrae iterum in memoriam revocaremus. Rogamus idcirco Regiam Celsitudinem Vestram summis ac iis, quibus possumus maximis praecibus, eadem non dedignetur nostro

nomine regiam suam operam interponere, quo bonus ac miser adolescens, cui alioqui res familiaris domi exigua est, e captivitate liberari et ad pristinam libertatem restitui queat. Nos dabimus operam, ut istud erga Regiam Celsitudinem Vestram omnibus obsequiis nostris studiose vicissim promereamur. Et cum plures procul dubio Regia Celsitudo Vestra nuncios habeat, quos interdum in Regnum Poloniae ablegare solet, rogamus enixe, ut Regia Dignitas Vestra nos suis quoque literis interdum invisere atque nos de rerum suarum statu, et quis aliarum rerum omnium in Hungaria cursus sit, certiores reddere non gravetur. Possunt enim huiusmodi literae nobis commode per amicos nostros e Cracovia huc transmitti. Datae e Regio Monte, XX Aprilis, anno ut supra.

Commissio Principis propria
idem audivit legere.
Hieronymus.

In margine in initio scripti: Ad Regem Ungariae, XX Aprilis.

o) *sequitur expunctum*: utilil
b) *supra lineam.*
z) *sic in ms.*
ł) *Christophorus Pfersfelder.*

N. 1632.

E Regio Monte, 20.IV.1539.

Albertus dux in Prussia
Erasmo Eustachio, canonico Vilnensi, parocho et teloneatori Caunensi, pro Ioanne Rockau, cive Regiomontano, intercedit rogans, ut a debitore suo Andrea Schultze, cive Caunensi, vel ligna, pro quibus ei non mediocrem pecuniae summam iam persolvit nec ulla hucusque ligna ab eo habuit, vel eandem pecuniae summam recuperare possit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 57-58.

N. 1633.

E Regio Monte, 20.IV.1539.

Albertus dux in Prussia
Fabiano Czema, succamerario Pomeraniae,
rogat, ut recentiores novitates, praesertim de Turcis, Tartaris aliisque Christianitatis hostibus sibi perscribat; actum transscriptionis bonorum, quae ei promiserat„ se ei brevi missurum esse nuntiat.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 350-350v.

N. 1634.

E Regio Monte, 22.IV.1539.

Albertus dux in Prussia
episcopo Cuiaviensi [Lucae a Górka]
de gravissimis periculis Regno Poloniae ac toti Christianitati impedentibus se regi nuper scripsisse nuntiat eumque hortatur, ut in medium consulant, quomodo eiusmodi malis tempori praeveniri ac occurri et omnium utilitati commode prospici queat.

Cfr. El. XXXVI, N. 590.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 58-59.

Rogat, ut in medium consulant, quo omnium utilitati commode prospiciatur etc.

Obsequia nostra amica et quidquid grati praestare possumus.

Reverende in Christo Pater, Amice ac Frater charissime.

Posteaquam non ignoremus Reverendam Paternitatem Vestram Sacrae Regiae Maiestatis Poloniae, Domini nostri clementissimi et avunculi charissimi, necnon amplissimi Regni et totius Christianitatis graves casus atque pericula non parum ad animum revocare suum ac paulo altius secum perpendere, et qua ratione aut modo iis commode praeveniri possit, in medium consulere solere, non potuimus praetermittere, [cum] de iis gravissimis periculis pro debita obedientia et ratione iuramenti praestiti arctissimaeque coniunctionis nostrae mutuae ad dictam Regiam Maiestatem Poloniae in illius eiusdemque amplissimi Regni, necnon nostri harumque terrarum et subditorum utilitatem ac commodum scripsimus et consultum iudicavimus, [quin] Reverendae quoque Paternitati Vestrae significaremus, sicuti eadem ex adiecta copia clare percipiet atque intelliget. Et quamvis procul dubio homines invenientur, qui nobis, quod praefatam Regiam Maiestatem, nimirum magna sollicitudine nunc distentam[a)], literis hisce nostris interturbamus, sinistre et in malam partem interpretaturi sint, tamen cum istud nullam aliam ob causam, quam ratione fidelitatis et iuramenti nostri praestiti, tum quod hac in parte non minus saepedictae Maiestatis Regiae amplissimique Regni Poloniae ac totius Christianae Reipublicae, quam nostram utilitatem quaesiverimus, a nobis factum sit, rogamus Reverendam Paternitatem Vestram et quidem amice, ut illa primum hac in causa ita in medium consulere, prout eandem facturam non dubitamus, eamque diligentiam adhibere velit, quo et communi omnium utilitati prospiciatur commode et malevolorum obtrectatorumque perversa lingua et interpretatio prava coherceatur. Id nos erga Reverendam Paternitatem Vestram studiose vicissim promereri studebimus. Quam bene feliciterque diu valere optamus. Datae e Regio Monte, ut supra.

Commissio Principis propria.
Hieronymus.

Sub textu: Mutatis mutandis ad Comitem de Tharnaw. Item ad Episcopum Cracoviensem[1)].

In initio epistolae in margine: Ad Episcopum Cuiaviensem, XXII Aprilis.

a) *in ms.* distantam

1) *Petrus Gamrat.*

N. 1635.

E Regio Monte, 25.IV.1539.

Albertus dux in Prussia

Alberto Gasztołd, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,

Rupertum Gockell a Rorpach, medicum suum, qui profectionem in Magnum Ducatum Lithuaniae et alias terras « ad curandum eos, qui calculorum, oculorum et nonnullorum aliorum morborum doloribus vexantur », *suscipere in animo habet, commendat.*

(Latine)

Cfr. El. XXX, NN. 207; 211.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 59-60.

N. 1636.

E Regio Monte, 27.IV.1539.

Albertus dux in Prussia

Nicolao Nibschitz

Paulum Sokołowski, Georgii marchionis Brandenburgensis servitorem et aulicum, in quibusdam negotiis suis ad regem proficiscentem, commendat.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 350v-351.

N. 1637.

E Regio Monte, 28.IV.1539.

Albertus dux in Prussia

Sigismundo I regi Poloniae

pro Paulo Sokołowski (Szokolowski), *filio Georgii Sokołowski, in servitio Georgii marchionis Brandenburgensis vitam agente, intercedit et rogat, ut ei rex litteras, sigillo regio corroboratas et confirmatas, super septem villas, patri eius a rege oppignoratas, concedere velit et permittere, ut eadem bona iisdem conditionibus, quibus pater ea tenebat, ad dies vitae retinere possit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 60-61.

N. 1638.

E Regio Monte, 1.V.1539.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
litteras regias de « dissecatione inconsutilis tunicae Christi » *aliisque dissensionibus ac discordiis inter principes christianos intercedentibus se accepisse significat et de necessitate unitatis ac concordiae inter eos sententiam regis probat; nuntiat se eodem tempore, quo Comitia terrarum Prussiae Marienburgi celebrari debent, generalem Dietam in Ducatu suo indixisse; suadet, ut rex proprium nuntium ad regem Daniae mittat; de dilatione in expediendo negotio inspiciendorum limitum et puniendis facinorosis hominibus dolet, sperat tamen futurum, ut haec quoque causa brevi ad optatum finem deducatur.*

(Adest Conc. germ. HBA, B, K. 1160).

Cfr. El. XXX, N. 189.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 64-69.

Responsoriae litterae variis de rebus etc.

Serenissime Rex, Potentissime Monarcha *etc.*

Maiestatis Vestrae Regiae literas, Cracoviae decima septima die Aprilis datas, a servitore illius subdita ac debita reverentia accepi perlegique. Et negare istud neutiquam possum, huiusmodi dissecationem inconsutilis tunicae Christi aliasque mutuas intestinas dissensiones atque discordias, quae iam non uno quidem in loco graviter et periculose erumpunt, quaeque crudelissimo christiani nominis hosti non incognitae sunt, omnium illorum periculorum imminentium et irae Dei, necnon eiusdem hostis crescentis potentiae, fontem et originem esse. Quare Deus Optimus Maximus merito enixe precandus est, ut is pro immensa sua clementia, aliorum quoque potentatuum, Regum, Electorum reliquorumque Principum ope, consilio auxilioque intercedente, tales dissensiones ad divini nominis sui gloriam et Christianae Reipublicae utilitatem, necnon ad christianam aliquam bonam et stabilem omnium Regnorum terrarumque concordiam ducat, vertat atque in eadem perpetuo conservet. Ex quo procul dubio divini ac christiani nominis gloria celebrari, omnium Regnorum ac provinciarum salus augeri et immanissimo christiani nominis et sanguinis hosti post divini numinis opitulamen communi unanimi auxilio hoc facilius resisti poterit.

Quod Regia Vestra Maiestas subditam ac propensam meam oblatam voluntatem tanta clementia susceperit, ac eius rei gratia oportunam provisionem adhibere in animum sibi induxit, ago illi hoc nomine permagnas gratias, nam eum me et talem praestabo, qualem Maiestatis Vestrae Regiae literae requirunt et postulant. Agit porro Maiestas Vestra Regia gracias mihi, quod nuper ad eandem aut me ipsum ad Comicia, quae proxime in terris Prussiae habebuntur, venturum, aut nuncios meos missurum scripserim etc. Haud operae precium quidem fuisset ea ipsa erga me graciarum actione uti. Quicquid enim pro debito meo officio et ratione arctissimae necessitudinis mutuae hac in parte facere, inservire ac promovere potuero, in eo polliceor me omni tempore nihil vel diligentiae vel studii praetermissurum. Quemadmodum vero Maiestas Vestra Regia a me postulat, ut nuntios meos ad constitutam die Stanislai Marienburgum ablegare illisque in commissis dare velim, ut omnes vias et rationes diligenter persequantur, quibus, si quae Maiestati Vestrae

Regiae illiusque Regno ingrueret necessitas, eadem ab his quoque terris auxilium aliquod non penitendum consequi posset etc., sicuti Maiestas Vestra Regia istud suis quoque consiliariis et legatis iniunxit atque in mandatis dedit etc. Mihi profecto, Serenissime Rex, auditu iucundissimum fuit, quod Regia Vestra Maiestas nuntios suos eum in locum ad colloquendum, consultandum et tractandum de imminentibus illis periculis aliisque necessariis causis graciose ablegarit, vellemque iuxta Maiestatis Vestrae Regiae voluntatem et promissionem meam[a)] praedicta Comitia vel per me ipsum vel meos consiliarios haud gravatim invisere. Verum praetermittere neutiquam possum, quin Maiestati Vestrae[b)] Regiae eas rationes, causas ac impedimenta non parva, quae me hoc tempore a proposito[c)] et voluntate mea retinent, significem. Nam eo ipso tempore quo Comitia in Marienburgo nunc celebrari debent, ego in meo quoque Ducatu omnibus subditis meis Generalem Dietam celebrandam indixi, quo cum fidelibus meis subditis hisce quoque de communibus ingravescentibus et Maiestati Vestrae Regiae imminentibus periculis et aliis necessariis rebus consilium capere, colloqui et concludere queam. Ad quam quidem Dietam et congregationem in Ducatu hic meo celebrandam consiliariis meis tunc temporis carere aegre possum. Atque ex praedictis causis in tam parvo temporis spacio hoc minus aliquem ex meis Marienburgum ablegare potero.

Praeterea plane arbitror consiliarios Maiestatis Vestrae Regiae terrarum Prussiae primum absente me seu consiliariis meis consilia moliri et postmodum sententiam concludere debere. Si vero post finita utrimque Comitia, quid cuique parti agendum sit, conclusum fuerit, non detrectabo pro oportunitate loci et causae vel propria persona comparere vel nuncios meos mittere, quo cum Maiestatis Vestrae Regiae consiliariis ab utraque parte hisce de rebus maturo consilio colloquatur[d)] et divino auxilio intercedente id meditetur tracteturque, quod in primis Maiestati Vestrae Regiae eiusdemque Regno et terris necessarium videatur, et ut illi necessitate aliqua periculosa postulante (quam Deus clementissimus diu prohibeat et pro ineffabili sua clementia avertat) auxilium aliquod non penitendum adferri omnibusque aliis periculis et malis obviam iri queat. Et ut isthaec congregatio primo quoque tempore fiat, apud Maiestatis Vestrae Regiae consiliarios omnem me operam atque diligentiam adhibiturum polliceor.

Maiestatis Vestrae Regiae literas, quas eadem ad Serenissimum Potentissimumque Principem ac Dominum, Dominum Christianum Daniae, Norvegiae, Sclavorum Gottorumque Regem etc., Dominum, consanguineum et adfinem meum charissimum, per me transmitti cupit, libenter hac quoque in parte Maiestati Vestrae Regiae pro debita obedientia morem gero. Verum cum Regia ipsius Celsitudo inter christianos Principes ac Reges non postremus sit, atque in talium Regum ac Principum aulis multi accessus, varia negocia et causae existant, quae nisi interdum sollicitatores adsint, facile differuntur, iudicabam penes me, non sine racione quidem aut praehabita meditacione, postquam Maiestati Vestrae Regiae eiusdemque Amplissimo Regno hac in causa non parum momenti sit positum, non inconsultum aut infructuosum fore, idque maiorem authoritatem habiturum graciusque futurum, si Maiestas Vestra Regia Regiam illius Sublimitatem per proprium nuncium tanquam amicum et vicinum inviseret atque ita Regiae Suae Celsitudinis animum et voluntatem perdisceret. Ea enim res sine dubio ad maiorem amicitiam et vicinitatem stabiliendam non parvam datura esset occasionem. His itaque de causis,

praesertim cum illa mora ad Maiestatem Vestram Regiam eundi ac redeundi non multum damni possit adferre, Maiestatis Vestrae Regiae literas apud me retinui. Quidquid nunc Maiestati Vestrae Regiae suisque consulcius videbitur, in eo Maiestati Vestrae Regiae debitum obsequium praestari debet, atque ut Maiestas Vestra Regia me de hac re certiorem vicissim reddere velit, humilliter oro.

Postremo quod Maiestas Vestra Regia negocium inspiciendorum limitum et causam illam, nonnullos facinorosos homines, quos mihi iam antea comprehensos tradi subdite pecii, spectantem, in longiorem et maiorem deliberationem reiecerit etc., facile penes animum suum Maiestas Vestra Regia diiudicare poterit, quam gravis mihi sit ista dilacio. Nam quod erga illos me, qui irrumpendo devastandoque non modicum damnum mihi inferunt, contineam, fit in Maiestatis Vestrae Regiae honorem. Nisi enim sola haec causa me retineret, facile ad conservandum Maiestatis Vestrae Regiae feudum et huius terrae fines me debito modo exhibere erga illos possem. Attamen firmam spem habeo Maiestatem Vestram Regiam ita, prout subdite rogo, in medium clementer consulturam, ut et fines[c] primo quoque tempore iuxta tenorem antiquorum constitutorum et iuratorum foederum inspiciantur, terminentur conserventurque et adversus illos contractus nihil iniqui praeter aequitatem in praeiudicium[f] Maiestatis Vestrae Regiae feudi et damnum meum non modicum tentetur. Nam cum Maiestati Vestrae Regiae eiusdemque Regno, uti aequum est, inservire debeam et mihi hic ab amicis et vicinis cottidianus impetus esset expectandus, adferret profecto ea res haud parvam molestiam et incommodum mihi. Meis econtra severe iniungetur, ut se debito modo, quemadmodum bonos vicinos decet, exhibeant. Atque haec omnia Maiestati Vestrae Regiae[g] pro debita obedientia responsi loco significanda duxi... Datae e Regio Monte, prima Maii, anno ut supra.

Princeps audivit legere
et ita placuit.
Hieronymus.

In margine in initio scripti: Ad Regem Poloniae, I Maii.

a) *sequitur expunctum*: predicta
b) *in ms.* Vestri
c) *sequitur expunctum*: et
d) *in ms.* colloquetur
e) *sequitur expunctum*: prio
f) *in ms.* praeiudium
g) *in ms. Regia*

N. 1639.

E Regio Monte, 1.V.1539.

Albertus dux in Prussia
Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, R.P. exercituum capitaneo generali,
litteras eius, consilia continentes, quibus modis et rationibus imperatoris Turcarum conatibus resisti queat, se accepisse nuntiat et omnem opem ac auxilium hac in re suum pollicetur.

Cfr. El. XXXVI, NN. 587, 595.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 61-64.

Responsoriae litterae de Turca, cui se resisturum[z] pollicetur.

Magnificentiae Vestrae literas, Sandomiriae decima quinta Aprilis datas, a Maiestatis Regiae Poloniae, Domini nostri clementissimi, avunculi

et patris charissimi, servitore vigesima septima die eiusdem mensis accepimus perlegimusque. Ex quibus Magnificentiae Vestrae amicum, benevolum ac fraternum erga nos animum, necnon altam, profundam et circumspectam illius sollicitudinem, consilia et opiniones, quibus scilicet modis ac rationibus immanissimo christiani nominis hosti, Thurcae, post divini numinis opitulamen, communi Principum aliorumque Dominorum ope et auxilio intercedente commode resisti queat, tum et propensam Magnificentiae Vestrae erga nos voluntatem, quam tanto nobis studio obfert, satis abunde intelleximus[a]).

Nos ergo primum Magnificentiae Vestrae pro ea fraterna erga nos voluntate et singulari studio, de quo nunquam antea dubitavimus, nec adhuc quidem istud facturi sumus[b]), ingentes ac eas, quas possumus, maximas agimus gratias, non omissuri, quin nos vicissim erga Magnificentiam Vestram ita exhibeamus, ut eadem nihil in nobis, quod ad conservandam bonam amiciciam et familiaritatem faciat, desiderare possit. Et si qui essent, qui (quod in hoc fallaci mundo plerumque fieri cernimus et ferme cottidianum esse videtur) nostram hanc iam pridem ex Dei benevolentia ceptam et confirmatam amiciciam atque fraternitatem, ut quibus huiusmodi honorabilis et amicabilis concordia amiciciaque vehementer invisa est, dirimere aut etiam laedere vellent, tamen non dubitamus, immo firmam spem concipimus ac eius rei plane certi sumus, Magnificentiam Vestram initam hanc nostram amicitiam sancte et inviolabiliter servaturam esse, quod nos vicissim summo studio ac[c]) diligentia singulari facturi sumus.

Porro quod Magnificentia Vestra de Thurcarum et Tartarorum conatibus et consiliis scribit, et quod Caesar Thurcarum[1]) mirifico apparatu indies magis magisque armet robur exercitus sui, cuius viribus optimis quibusdam gerendi belli consiliis, summa disciplina militari proferat in nos omnes Imperii sui fines etc., addita Magnificentiae Vestrae praeclara et prudenti commemoratione, quibus scilicet modis atque rationibus crudelissimo Christianae Reipublicae hosti commode resisti queat etc., non possumus non Magnificentiae Vestrae sententiae accedere. Et si ab omnibus hae caussae, quae non tantum Amplissimum Poloniae Regnum, verum etiam universam Christianam Rempublicam attinent, tam fideliter et prudenter, quam a Magnificentia Vestra agitarentur atque etiam ad opus ipsum perducerentur, nihil quicquam dubitamus, quin Deus Optimus Maximus pro divina sua gratia ea media clementer largiturus sit, per quae imminentibus periculis obviam iri possit. Quae autem hac in causa nostra quoque sententia sit et opinio, percepit procul dubio Magnificentia Vestra ex iis literis, quas paucos ante dies ad praefatam Maiestatem Regiam Poloniae etc. et Magnificentiam Vestram scripsimus, ad quas nos referimus. Quod si pro nostra quoque persona aliquid una hac in parte apud Dominos, amicos, consanguineos, adfines et cognatos nostros, in Romano Imperio existentes, efficere atque promovere poterimus (quamvis authoritas nostra tantum, quantum Magnificentia Vestra aestimat, apud illos non valet), in eo nihil praetermittemus vel studii vel diligentiae.

Posteaquam vero saepedicta Regia Maiestas Poloniae ad Romanas Caesaream ac Regiam Maiestates[2]), necnon et reliquos Sacri Romani Imperii Electores ac Principes oratores suos misit, nullum habemus dubium, quin Maiestas ipsius Regia optatum sit responsum receptura. Quo quidem impetrato, apprime necessarium[d]) fuerit perdiscere, quale auxilium subsidiumque ab omnibus sperandum siet.

Ut autem mittendo scribendoque huc atque illuc tempus non frustra teratur, nihilque in istis gravissimis et periculosissimis causis negligatur, arbitramur haud inconsultum fore, si cum illis, qui Regiae illius Maiestati Amplissimoque Poloniae Regno haud male velint, primo quoque tempore pro personali quadam congregatione ageretur, aut illi praecipuos suos consiliarios reliquosque rei militaris peritos atque exercitatos viros in opportunum et commodum aliquem locum ablegarent, quo hii de communi suscipiendo bello consultarent concluderentque, quando, quam cito, ubi et quantis copiis auxilium subsidiumque adferri possit, sive quo modo aut ratione ingens et satis validus exercitus adversus illum hostem conscribi et usque in illius proprios fines ac terras duci queat, quibus denique modis providendum, ne tam potenti exercitui commeatus aliquis desit. Quidquid itaque nos pro debito nostro officio et christiano obsequio hac in parte facere vel debemus vel possumus, in eo una cum Magnificentia Vestra (quam scimus praeclaris bellicis virtutibus et factis praeditam et a Deo Optimo Maximo insigni sapientia prudentiaque dotatam) libenter pro tenuitate ac simplicitate nostra consilium nostrum cum caeteris strennuis reique militaris exercitatis viris impartiri volumus. In quacumque enim re Christianae Reipublicae utilitatem ac commodum promovere possumus, in ea pollicemur nos nullo non tempore summam adhibituros diligentiam. Quae omnia Magnificentiae Vestrae, tanquam amico et fratri charissimo, responsi loco duximus significanda. Quam diu foeliciter valere atque nestoreos[e] usque annos vivere vehementer optamus atque percupimus. Datae e Regio Monte, 1 Maii, anno ut supra.

Commissio Principis propria.
Hieronymus.

In margine in initio scripti: Ioanni Comiti a Tharnaw, 1 Maii.

a) *sequitur expunctum*: obfertt, satis abunde intelleximus
b) *in ms.* summus
c) *in ms.* ad
d) *in ms.* necessariorum
e) *in ms.* Nestores
1) *Solimanus II.*
2) *Carolus V et Ferdinandus I.*

N. 1640.

E Regio Monte, I.V.1539.

Albertus dux in Prussia
Nicolao Nibschitz
litteras regis Poloniae regi Daniae destinatas se per errorem partim aperuisse nuntiat et rogat, ut Samuelem Maciejowski, Regni vicecancellarium, hac de re certiorem faciat, quo opera eius sibi rex eiusmodi errorem ignoscat.

(Schedula: explicat causas, ob quas literas regis Poloniae ad regem Daniae nondum transmiserit; nova sibi mitti petit).

Cfr. El. XLVIII, N. 318.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 351-352.

An Nickell Nipschitz, den ersten May.
Belangende den brief, welchen briff ko.mt. zu Polan etc. ahn ko.w. zu Denmarcken[1] schreyben hat lassen.
Unsern grus zuvor.
Erbar und erenvhester, lieber, getrewer.

Wir wollen dir genediger meynung nicht verhalten, nachdem der durchleuchtigist, grossmechtigist furst und herre, her Sigismundus, konig zu Polan etc., unser genedigister herre und freuntlicher, lieber ohem, gegenwertigen irer ko.mt. bothen mit etzlichen schriften an uns gefertiget, das uns seyn ko.mt. daneben eynen brief an den durchleuchtigen, grossmechtigen fursten und herrn, herrn Christian, konigen zu Denmarcken etc., unsern freuntlichen, lieben herren ohemen und schwageren lautende, uberschicket und uns auferleget denselben brief seyner ko.w. verner mit dem ersten zuzefertigen. Indem aber, als wir den brief zu handen bekhommen und nicht anders gemeint, dan an uns[a] gestelt gewest where, auch aus dem, das wir ungewont, hochgedachte ko.mt. zu Polan dergleichen brief verner an ire geburende orth zu bestellen, uns zu ubersenden phlegen, haben wir die pressur desselben briefs alse unwissende sonder allen fursatz aufgeschnitten, doch, sobalde wir befunden, das er nicht an uns, sonder hochgemelte ko.w. zu Denmarcken gestanden, uns denselben ferner zu brechen und lesens gentzlichen enthalten, solchen brief auch mit der pressur und dem koniglichen secret oder ingesygel unvorsert biss auf ko.mt. weitern bescheidt bey uns behalten. Und wiewol wir uns nu bei hochgedachter ko.mt. zu Polan etc. disfals halben genediger entschuldigung und[b] das seyn ko.mt. uns solchs, angesehen, das es auss keynem fursatz, sonder allein, wie oben gemelt, unwisenheit halben hergeflossen, zu argem nicht deuten werden, tröstlich verhoffen, so ist demnacht unser genediges synnen, du wollest solchs mit gutter geschickligkeyt fuglicher weyse, wie du zu thun woll weist, an den koniglichen undercantzler, herrn Samuel Matziewffky, gelangen lassen und sovil bey demselben underpawen helfen, damit demnacht ko.mt., wie mit dem brieve obangezaigter massen auss keynem vorsatzlichen willen gebaret und wir gleichwol bey seiner ko.mt. entschuldigt sein mögen, wissenschaft haben, dann wir in warheit ganz geringen lust, brieve von geringern stenden, geschweigen dann von seyner ko.mt. aussgangen, die uns nicht zukomen, mit vorsatz zu brechen. Und ob wir wol seyner ko.mt. desshalben selbst gerne geschrieben, so haben wir doch dieselbe, als die sonst mit anderen unseren schriften neben irn vilwichtigen hendeln genugsam beladen, damit verner nicht bemuhen wollen, gar nicht zweifelende, du werdest dieser sachen neben dem herrn undercantzler wol gutte geburliche mass und form zu geben wissen. Das gereith uns zu sonderm gefallen in genaden widerumb zu erkhennen. Datum Konigspergk, den 1 May, anno ut supra.

Cedula

Das wir hochgenanter ko.mt. zu Polan brief an ko.w. zu Denmarcken lautende dissmals seyner ko.mt. beger nach nicht uberschicken, ist auss diesen ursachen bescheen, dieweyl seine ko.w. nicht das wenigste heupt yn der cristenheyt und ahn solcher grossen herren höve des anlauffens und der handel vast viel, derwegen auch dieselben jheweilen, wo nicht solicitatores gegenwertig, verzogen werden mussen, so haben wir bey uns aus allerley bedencken wol gedacht, nachdem an diesen hendeln ko.mt. zu Polenn und derselben Cron nicht wenig gelegen, es solde nicht unnutzlich oder unfruchtbarlich, sol der auch ansehenlicher und angenemer sein, seyne ko.w. durch einen eigen bothen freuntlich und nachparlich zu besuchen und derselben gemuth und willen dardurch zu erlernen; des wurde zweifelsane zu mehren freuntlichen und nachbarlichen willen ursach

geben, wie wir dan solchs ko.mt. zu Polan auch zugeschrieben und darauf ir antwort und meynung gewertigk.

Auch ist unser genedigs synnen, du wollest uns, wes ahn dem koniglichen höve fur zeitungen und sonst des Turcken halben und wes des alles sein mög, jderzait furfelt, des auch wissenschaft zu haben, mitteylen. Das seint wir in gnaden zu erkennen geneigt. Datum, ut literis.

Commissio Principis ex relatione
Cancellarii.
G. Hack.

a) *sequitur expunctum*: uns
b) *sequitur expunctum*: seyn

1) *Christianus III.*

N. 1641.

E Regio Monte, 2.V.1539.

Albertus dux in Prussia
Nicolao Nibschitz
novitates, a rege Daniae sibi perscriptas, transmittit et rogat, ut eas regi tradat.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 352v-353.

Ahn Nickell Nipschitz, den 2 May.

Belangende neuhe zeitungen.

Erbar und erenvhester, lieber, getrewer.

Gleich yhn schliessung unsers briefs und abfertigung ko.mt. zu Polan etc., unsers gnedigsten herrn und freuntlichen, lieben oheymens, dieners, seyndt uns von ko.w. zu Denmarcken[1], unserm freuntlichen, lieben herrn oheymen und schwager, auch anderen vertrawten, glaubwirdigen personen, beyligende zeitungen zukommen. Und wiewol wir solche hochgedachter ko.mt., dero wir one das yhn allem, es sey gutt oder boess, ungern etwas verborgen sehen, gern selbest zugeschriben, so haben sie doch yhn solcher eyl yhn die lateynische spracht nit wol gepracht werden mögen. Derhalben wir dir dieselbigen seyner ko.mt. ferner mit allem vleiss vorzutragen und anzuzeigen, des wir dir dan hiemit auferlegt und mit genaden begert wollen haben, zu ubersenden nit umbgehen konnen, der underthenigen hoffnung und zuvorsicht, dieweyl wir nit zweyfeln, das seyn ko.mt., als ein weyser, verstendiger, vorsichtiger konig, des und anders, wie unser voriges schreyben mitgepracht verlangst genediglichen bedacht, dieselben werden uns unsere thorheyt und einfalt, damit seyner ko.mt. geholfen, zu gut gehalten haben und dasselbig noch hinfuro mit gnaden thun, auch daran seyn, das, wess noch nicht beschehen, dasselbig nachmals ein volg erlange und sonderlich, das diejenigen, so seyner ko.mt. wider den erbvheindt der christenheyt, dem Thurcken, helfen sollen, wollen oder wurden, vor den andern einigs thetigs uberfhals vorsichert wurden, vor den andern einigs thetigs uberfhals vorsichert wurden. In dem thun ir ko.mt. etc. ein gutt, christlich, loblich werck und werden darob ein grossen rhumb und lob erlangen ungezweyfelter hoffnung, du werdest[a] auch ahn deynen vleiss hierinnen unserem genedigen vertrawen nach

nichts erwinden lassen. Und wollen dir beschliesslichen genediger meynung nit pergen, das alhie fliegende zeitungen gehen, das sie kay.mt.[1] mit dem Thurcken[2] ein zeitlang yn eynen vertragk soll eingelassen haben. Wes nun, wo dem also, hinter solchem steckt, hastu als der verstendig leichtlich zu urtheylen. Ist derwegen unser genedigs begeren, du wollest uns, wess man zu Polan und ahm koniglichen höfe darvon halte oder sage, neben deynen und gutbeduncken gutwillig mytteylen und ins furderlichst entdecken. Das seynd wir mit allen genaden gegen deyn person hinwider obzunemen geneygt. Datum Konigspergk, ut supra.

Commissio Principis ex
relatione Secretarii.
Hieronymus.

a) *sequitur expunctum*: ahn

1) *Carolus V.*

2) *Solimanus II.*

N. 1642.

E Regio Monte, 5.V.1539.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
*rogat, ut Iosto Ludovico Decio publicum mandatum ad omnes tenutarios telonearios*que *dare velit, ut centum centenarios cupri ad se in Ducatum suum Prussiae sine ulla datione aut telonei solutione transportare possit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, f. 69.

N. 1643.

E Regio Monte, 10.V.1539.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
ad litteras regis de Dorothea Paczkowska, ad ineundum matrimonium « cum homine ignoto et plebeio » *per vim coacta, respondet rem hanc totam prorsus aliter se habuisse, quam regi delata sit.*

Cfr. El. XXX, N. 180.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 70-71.

Excusat se, quod falso apud Regiam Maiestatem in causa Dorotheae Patzkowska delatus sit.

Serenissime Rex, Domine Clementissime, Avuncule et Pater Colendissime.

Accepi Maiestatis Vestrae Regiae literas, Cracoviae nona Februarii praesentis huius anni datas, in quibus eadem scribit, delatum ad illam esse in querimonia nomine nobilium Andreae Patzkowski de Zbans aliorumque amicorum suorum, quomodo Reverendus in Christo Pater, amicus et consiliarius meus, Dominus Paulus Speratus, Episcopus Pomezaniensis, et Capitaneus Neidenburgensis[1]), Proconsul et Consules Soldavienses nobilem Dorotheam Patzkowsska, consanguineam eorum, cathena in collum eius coniecta, ad ineundum matrimonium sine ipsius consensu et amicorum suorum requisicione cum homine ignoto et plebeio violenter coegerint etc. Proinde Maiestas Vestra Regia me hortatur, ut praefatae Dorotheae virgini bona arestata et viro eius asserto extradita restituere, sine aliqua exceptione et difficultate, mandare et de matrimonio coacto absolvi curare velim etc., sicuti huiusmodi Maiestatis Vestrae Regiae literae lacius in se continent.

Ego, Serenissime Rex, cum videam rem falso ac multo aliter, quam sese habeat, ad Maiestatem Vestram Regiam delatam esse, non praetermittendum mihi duxi, quin eam ipsam vere ac uti sese habeat, Maiestati Vestrae Regiae significarem. Quae sic se habet. Adiunxi praeterito tempore praefato Domino Episcopo Pomezaniensi nonnullos consiliarios meos, ut isti hanc causam diiudicarent et testes ad hoc negocium legittime vocatos examinarent. Verum isti retulerunt mihi, praedictam Dorotheam Patzkowska nec vi ad matrimonium ineundum coactam, nec cathenas in collum eius unquam coniectas, sed proprium illius consensum ac voluntatem fuisse et publice coram consiliariis nostris, testibus adhibitis, illam ipsam confessam esse, quod nulli alio nubere velit, quam huic Georgio pannifactori, quem certe satis constat ex probis et honestis parentibus procreatum. Quare cum praedictus Dominus Episcopus reliquique consiliarii mei cernerent utriusque voluntatem ineundi matrimonium, curarunt illos copulari ac secundum ritum et consuetudinem Christianae Ecclesiae matrimonio iungi. Quae quidem Dorothea post solemniter celebratas nuptias cum marito suo legittimo ultra quatuor aut quinque hebdomadas thoro coniugali usa est. Postea vero peciit a dicto marito suo veniam[a]) eundi in Mazoviam ad aliquod tempus, ut et amicos consanguineosque suos invisere illi liceret ac ea repetere, quae ad illam ratione haereditatis spectarent. Ipsa vero dolum praetendens, clam discessit, ad amicos venit, sed ad maritum suum hucusque redire noluit. An probam ac honestam mulierem haec deceant, praesertim cum nullam adversus maritum suum iustam causam habeat, istud Maiestati Vestrae Regiae, tanquam prudentissimo Regi, diiudicandum relinquo.

Itaque cum ea ipsa Dorothea ad maritum suum redire nolit, sed ad secundas transire ausa sit nuptias, si modo hoc nomine sint appellandae, non immerito illi bona eius arestata ac marito[b]) suo tradita sunt. Haec, Serenissime Rex, ideo pluribus Maiestati Vestrae Regiae enarranda duxi, ut illa rem veram, uti sese habeat, certo cognoscere ac falsis delatoribus hoc minus posthac fidem adhibere possit. Eandem humillimis praecibus obsecrans, eadem dignetur supradicto Andreae Patzkowsski aliisque amicis suis mandare paulo severius, ut et huiusmodi falsas nugas ac ineptias ad Maiestatem Vestram Regiam deferre cessent et me meosque huiusmodi iniquis querelis amplius non molestent. Sicuti Maiestatem Vestram Regiam ratione aequitatis facturam non diffido. Id

ipsum ego erga Maiestatem Vestram Regiam studiosissimis meis obsequiis vicissim diligenter promereri conabor. Quam diu foeliciter valere exopto. Datae e Regio Monte anno etc. XXXIX.

Commissio Principis ex relatione[c])
Cancellarii.
Hieronimus.

In margine in initio scripti: Ad Regem Poloniae, X Maii.

a) *sequitur expunctum*: in
b) *in ms.* merito
c) *in ms. ralatione*
1) *Petrus Kobersehe.*

N. 1644.

E Regio Monte, 11.V.1539.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
hortatur regem, ut una cum regibus Hungariae et Romanorum rationes, modos ac vias quaerat, per quas et universum Romanum Imperium ad expeditionem bellicam contra Turcas parandam adiungi et cooptari validusque christianorum exercitus usque in ditiones et terras hostis duci possit.

Cfr. El. XXX. N. 190.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 72-75.

Hortatur Regiam Maiestatem, ut modos ac vias quaerat, quo Bohemiae, Ungariae ac Poloniae Regna auxilio Romanum Imperium adiungere possint ad resistendum Turcae.

Serenissime Rex, Potentissime Princeps *etc.*

Accepi Maiestatis Vestrae Regiae literas, Cracoviae VI Maii praesentis huius anni datas, quae mihi fuerunt omnium gratissimae. Nam et literas meas Maiestatem Vestram Regiam clementi a me animo accepisse intellexi et illi omnia ea grata fuisse, quae per me ad Maiestatem Vestram Regiam sunt perscripta. Pro qua quidem regia clementia Maiestati Vestrae Regiae immortales ago gratias, Deum Optimum Maximum summis praecibus obsecrans, ut is pro immensa sua clementia ac benignitate eam facultatem mihi aliquando tribuere dignetur, quo per illam nacta oportuna occasione Maiestati Vestrae Regiae vicissim gratum et debitum aliquod obsequium praestare queam cumulacioremque gratiam referre.

Caeterum cum iam antea Maiestati Vestrae Regiae significaverim, me pro Maiestatis Vestrae Regiae iussu ac voluntate ad nonnullos Germaniae Electores ac Principes, mihi cum sanguinis, tum necessitudinis amiciciaeque vinculo iunctos, scripsisse atque ab illis in tam periculoso Thurcici tyranni[1]) proposito et auxilium et consilium peciisse, Maiestatem Vestram Regiam celare neutiquam possum me a fido quodam et magni nominis amico eius rei gratia responsum accepisse, quod Maiestati quoque Vestrae Regiae, utcumque sit secreta, significandum duxi. Fuitque tale et in hanc ferme sententiam. Posteaquam idem pro tenui suo iudicio penes animum suum

perpendere neutiquam possit, quod unius Regni vires ad resistendum tanto hosti sufficere valeant, iudicavit haud inconsultum, immo in rem fore Romanae Regiae Maiestatis[2], Regni Hungariae et Maiestatis Vestrae Regiae Amplissimaeque Coronae Poloniae subditorum, nihilque illis utilius esse posse, quam si duo isti Reges et Monarchae, necnon et Maiestas Vestra Regia, ad stabiliendam et confirmandam inter se firmam pacem et concordiam hoc modo foedus inirent, ut alter alterum nec consilio, nec auxilio, nec re denique ipsa desereret, eoque omnes suas cogitaciones intenderet, quod dicta haec tria capita, Romanorum scilicet Hungariaeque[3] Reges et Maiestas Vestra Regia, tanquam pro una persona cum Thurcarum Imperatore, si non perpetuam, at saltem ad tempus aliquod et multos annos duraturam pacem tentarent firmare ac stabilire.

Quod si Thurcarum tyrannus huiusmodi pacem inire nollet, possent tamen dictae Maiestates Vestrae Regiae, si illae hoc modo confoederatae essent[a], ut alius alium auxilio consilioque neutiquam desereret, multo facilius cum omnibus terris ac subditis suis propulsare hunc hostem, quam si unus ex his solus illi resistere deberet, nec tam facile hic hostis, si tantam tantorum Regum ac Principum potentiam confoederationemque cerneret, in illorum Regna incursionem aliquam facere auderet etc. Atque haec fere sunt, quae idem amicus meus ad me perscripsit. Ego, Serenissime Rex, cum in illius sententiam accedere non omnino potuerim, putavi illi meam quoque hac de re opinionem et mentem esse aperiendam, quam pro debita obedientia his adiungendam duxi, et ut Regia Vestra Maiestas illam benignis ac regiis auribus audire clementer velit, etiam atque etiam subdite oro. Rescripsi autem praefato amico meo in hanc ferme sententiam, me, cum idem in hoc periculosissimo tempore, quo Thurca christianum nomen ac sanguinem prorsus extinguere conatur, nihil commodius ac utilius aestimet, quam si Maiestates Vestrae Regiae apud saepedictum hostem pacem quaererent peterentque etc., non posse adhuc illius hanc opinionem ac sententiam vel his saltem de causis probare, quod valde ridiculum videretur tantos heroas ac Reges coniunctim vel divisim apud illum hostem pacem aliquam quaerere petereque, qui non diutius cuiquam fidem servare consueverit, quam quoad id sua videt interesse. Ac etiamsi ille cum Rege quodam ad tempus aliquod pacem iniret, tamen eandem servaturus diucius non esset, quam donec mundi huius cursus casusque cerneret, quo interim in reliquos christianos Principes arma sua tanto facilius movere posset, nec huic etiam fidem tandem servaret.

Si vero Maiestates Vestrae Regiae simul et una cum Thurcarum tyranno inducias inire deberent, tunc per hanc ligam Romanae Caesareae Maiestatis[4] christianum[b] propositum impediretur. Nam capitalis Christianae Reipublicae hostis deinde omnem suam vim ac potentiam adversus solam illius Caesaream Maiestatem positurus esset. Itaque cum Sacra illius Caesasea Maiestas, ut fama fertur, eius christiani animi ac propositi esset, ut summa vi religionis nostrae ac fidei hostem aggredi in animo haberet, eamque ob causam cum Regia Dignitate Frantiae[5] convenisset, videretur mihi nihil esse consulcius, quam si Maiestates Vestrae Regiae, communi tocius Germaniae auxilio ac ope intercedente, eas rationes, modos ac vias quaererent, per quas sibi praedicta tria, Boemiae, Hungariae ac Poloniae Regna, universum Romanum Imperium auxilio adiungere possent ac contra immanissimum hunc hostem copiosum satis et validum exercitum in proprias illius ditiones ac terras usque ducerent. Nam si idem hostis tantam Caesaris potenciam videret, daretur procul dubio illi occasio se suaque defendendi et caesarianae potentiae cunctis viribus resistendi.

Nihilominus etiam, ut ea opera atque diligentia adhiberetur, quo Valachia e tyranni faucibus eripi et recuperari posset atque illi haec occasio praeriperetur, quominus alias regiones, terras atque circumiacentia Regna invaderet. Ad haec cum ibidem quadraginta adhuc milia virorum supersint, posset per illos quoque hoc facilius illi resisti. Ex quo ea media et practicae inveniendae essent, ut cum alias magis sub christianorum quam Thurcarum potestate atque imperio esse velint, ad pristinam libertatem et in christianorum potestatem redigerentur.

Porro nemo non novit, quid Thurcarum tyranno, si Castellum Sancti Pauli et Alba Graeca obsidione cingerentur, ad subveniendum illis faciendum esset. Proinde si Romana Caesarea Maiestas per mare Constantinopoli et reliqua tria Boemiae, Hungariae ac Poloniae Regna una cum Sacro Romano Imperio Thurcarum Imperatorem uno atque altero in loco aggrederentur, tunc illius vires hoc facilius debilitarentur. Si vero huic tyranno concederetur semper unum atque alterum, quemadmodum, proh dolor, hactenus factum est, locum occupare atque devastare, esset profecto istud omnibus christianis hominibus et periculosum valde et grave. Quam ob rem cum eundem christiani nominis ac sanguinis hostem hodierno magis quam crastino die prorsus extinctum cuperem, arbitrarer melius et utilius esse tales vias propulsandi hunc hostem quaerere, quam ullas inducias aut pacem cum illo inire.

Haec, Serenissime Rex, ideo pluribus, secreto tamen, ad Maiestatem Vestram Regiam pro debita obedientia scribere volui, quod eandem plane nihil celare cupiam, subdite orans, Maiestas Vestra Regia dignetur propensam hanc meam erga Maiestatem Vestram Regiam voluntatem, nimirum ex sincero et candido animo profectam, aequi bonique consulere. Id erga Maiestatem Vestram Regiam omnibus obsequiis meis vicissim studiose promereri conabor. Quam bene foeliciterque valere cupio. Datae 11 Maii anno etc.

Commissio Principis propria.
Hyeronymus.

In margine in initio scripti: Ad Regem Poloniae, 11 Maii.

a) *in ms.* esset
b) *in ms.* christianam
1) *Solimanus II.*
2) *Ferdinandus I.*
3) *Ioannes Zápolya.*
4) *Carolus V.*
5) *Franciscus I.*

N. 1645.

E Regio Monte, 11.V.1539.

Albertus dux in Prussia
Nicolao Wolski, reginae Bonae curiae magistro,
pro litteris eius et litteris, a Nicolao Iskrzycki lingua Polona ad eum scriptis novitatesque continentibus, gratias agit; excusationem eius de tardiore ad litteras suas responso bono accipit animo.

(Latine)

Cfr. El. XXXVI, N. 586 (litterae Polonicae Nicolai Iskrzycki, quas per errorem duci Alberto scriptas esse censuimus).

Ostpr. Fol., vol. 51, f. 76.

N. 1646.

E Regio Monte, 18.V.1539.

Albertus dux in Prussia
Gulielmo Pageto, regis Angliae oratori,
mirari satis non potest, cur tam longo iam tempore nullas ab eo acceperit litteras; duos canes Anglicos sibi mitti petit; opinionem eius scire cupit de proposito suo matrimonii regis Angliae cum sorore regis Daniae sive filia regis Poloniae contrahendi; intercedit pro vidua Henrici Kolbe et rogat, ut ei in recuperanda catena aurea a defuncto marito suo in Anglia oppignerata adesse velit.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff 76-78.

Petit sibi transmitti duos canes Anglicos. Deinde de contrahendo matrimonio Regi Angliae[1] cum sorore Regis Daniae[2] sive filia Regis Poloniae. Postremo pro honesta vidua relicta Henrici Kolbe etc.

Salutem et benevolentiam nostram.

Nobilis atque Generose, sincere nobis dilecte.

Cum oportuna iam nobis ad Generositatem Vestram scribendi occasio data esset, praetermittendum neutiquam duximus, quin Generositatem Vestram hisce nostris literis amice inviseremus, praesertim cum ab illa longo iam tempore nullas literas acceperimus. Neque satius mirari possumus, qua de causa aut quo nostro merito istud fiat, quod ad tot nostras literas Generositas Vestra adeo muta sit facta. Sed utut sit, nos amice clementerque petimus, Generositas Vestra dignetur[a] saepius et amicissimis et doctissimis suis literis nos invisere, quibus nec iucundius nec gracius quicquam nobis accidere potest. Porro cum iam antea ad Generositatem Vestram scripserimus clementerque pecierimus, ut illa ad nos nonnullos canes Anglicos transmittere velit etc., id nunc quoque Generositati Vestrae in memoriam revocare voluimus, clementer petentes, ut eadem ad nos duos canes Anglicos utriusque sexus cum praesencium exhibitore mittere non dedignetur. Daturi sumus operam, ut par pari vel etiam in re longe maiori vicissim referre queamus.

Caeterum, posteaquam Generositas Vestra animum nostrum ita proclivum, propensum ac studiosum erga Serenissimum Potentissimumque Principem ac Dominum, Dominum Henricum Angliae et Franciae Regem etc., Dominum nostrum suspiciendum, cognovit, ut in iis omnibus, in quibus modo Regiae ipsius Celsitudini gratum aliquod obsequium praestare possumus, nihil simus vel operae vel diligentiae praetermissuri, relinquimus praeclaro Generositatis Vestrae iudicio, an non consultum illi videatur, cum Serenissima Angliae Regina, Regiae Sublimitatis Suae charissima coniunx[3], foelicis ac piae memoriae, diem suum obierit, eas rationes, vias ac modos quaerere, per quos Regia ipsius Celsitudo cum Regiae Sublimitatis Daniae Domini et adfinis nostri charissimi, sorore, aut Regiae Maiestatis Poloniae, Domini et avunculi nostri charissimi, filia matrimonium contraheret. Ad quam quidem rem perficiendam, si Regiae ipsius Celsitudini ac Generositati quoque Vestrae ita consultum aut commodum videbitur, nos omnem diligentiam adhibituros pollicemur. Itaque si quid Generositas Vestra hac in re per nos agi, effici ac promoveri velit, poterit eadem nos eius rei per praesentium exhibitorem cerciorem reddere.

Postremo Generositatem Vestram ignorare nolumus, apud nos honestam aliquam viduam esse, cuius maritus olim fuit inter tubicines nostros supremus, Henricus Kolbe dictus. Is posteaquam ante obitum suum sese in Angliam invisendi Regni illius gracia contulit, redactus est, propter pecuniae inopiam, in eam tunc temporis necessitatem, ut etiam coactus fuerit cuidam in Anglia Heino Rosse, habitanti in curia Stalhoff dicta, catenam argenteam deauratam pro octo aureis ungaricalibus oppignoratam pignoris loco relinquere. Et cum dictae viduae maritus ante aliquot iam annos sit defunctus, confugit illa ad nos tanquam ad sacram ancoram, humillimis nos praecibus obsecrans, dignaremur procuratori suo Ioanni Labe, civi nostro Regii Montis, cui eam ob rem plenam potestatem pignus hoc luendi dedit, literas nostras intercessorias ad Generositatem Vestram graciose dare, quas quidem illi, scilicet foeminae bene de nobis meritae, denegare noluimus. Generositatem idcirco Vestram rogamus, ut illa procuratori praedicto, quem praefata vidua hoc nomine constituit, graciose auxilio consilioque suo adesse velit, tantumque vel nostro saltem nomine curare atque efficere, quo ille idem pro debito ac iusto praecio pignus supradictum luere et secum adducere possit. Sicuti Generositatem Vestram id studiose facturam non dubitamus. Nos dabimus operam, ut Generositati Vestrae vicissim clementer gratificari queamus. Quam bene foeliciterque valere cupimus. Datae ex Regio Monte, XVIII Maii anno etc. XXXIX.

Commissio Principis propria.
Hieronymus.

In margine in initio scripti: Ad Guilielmum Pagetum, Serenissimi Regis Angliae oratorem, XVII[z] Maii.

a) *sequitur expunctum*: sepius
z) *sic in ms.*

1) *Henricus VIII.*
2) *Christianus III.*
3) *Ioanna Seymour* (*obiit* 1537).

N. 1647.

E Regio Monte, 18.V.1539

Albertus dux in Prussia
universis
Ioannem Lobe, servitorem suum, procuratorem viduae Henrici Kolbe, tubicinis olim sui, constitutum, commendat et rogat, ut ei in Angliam proficiscenti ad recuperandam iusto pretio catenam argenteam deauratam, ab eiusdem viduae marito in Anglia cuidam Hamburgensi Heyno Rosse, in curia Stalhof dicta habitanti, oppignoraverat, in omnibus fidem praebeant et adsint.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 78-79.

N. 1648.

E Regio Monte, 24.V.1539.

Albertus dux in Prussia
episcopo Cracoviensi [Petro Gamrat]
pro binis litteris et novitatibus de Turcarum imperatore sibi missis gratias agit.

Cfr. El. XXXVI, NN. 592, 593.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 79-80.

Gratias agit pro communicatis novitatibus de Turca.

Reverende in Christo Pater.

Binas literas a Reverenda Paternitate Vestra eodem tempore eodemque nuntio accepimus, quarum alterae IIII Maii, alterae VI eiusdem mensis die datae sunt. Quibus inter alia Reverenda Paternitas Vestra de Caesare Turcarum[1] ad nos nova perscribit nobiscumque communicat, quae nobis et iucunda et grata fuerunt, quod ex iis videmus hoc anno vacuos a Turcico periculo non futuros. Christus, servator noster, faxit, ut hoc perpetuum sit, aut si id minus licet, ut Turcae nobiscum non nostrorum, sed sua ipsorum clade contra nos pugnent. Quod itaque haec atque huiusmodi alia de Turcarum Caesare nobiscum Reverenda Vestra Paternitas communicavit, agimus eidem ingentes gratias, tum relaturi, cum aliqua de Reverenda Paternitate Vestra bene merendi nobis fuerit oblata occasio. Et quoniam antehac Reverendam Paternitatem Vestram bonum vicinum semper et cognovimus et sensimus, nunc eam paulo nobis remotiorem eandem fore confidimus.

Legimus praeterea libenter non nostro, sed totius Regni nomine, quae Reverenda Vestra Paternitas scribit, quae ad Sacram Regiam Maiestatem consilia nostra perscripsimus, ea non solum lecta, sed etiam Sacrae Regiae Maiestatis iudicio vehementer probata. Faxit omnipotens Deus, ut saepe ea consilia omnes capiamus atque exequamur, quae amplissimo Poloniae Regno usui et utilitati futura sunt. Nova, si quae posthac oborta fuerint, ea ad nos perscribere ne gravetur Reverenda Paternitas Vestra, rogamus. Itidem nos facturos pollicemur, cum quid oblatum fuerit, quod Reverendam Paternitatem Vestram scire velle aut ad eandem pertinere intelligimus. His Christo commendamus salvam Reverendam Paternitatem Vestram, cui gratum facere nullo non tempore studebimus. Datae e Regio Monte, ut supra.

Commissio Principis propria.
Ioachimus.

In initio epistolae in margine: Episcopo Cracoviensi, XXIIII Maii.

1) *Solimanus II.*

N. 1649.

E Regio Monte, 24.V.1539.

Albertus dux in Prussia
Samueli Maciejowski, decano Cracoviensi, R.P. vicecancellario,
eandem amicitiam ab eo exspectat, qua se Petrus Tomicki, praedecessor eius, prosequebatur; ob vicecancellariatus munus in eum collatum gaudet et gratulatur.

Cfr. El. XXXVI, N. 594.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 80-81.

Officiosae litterae, quibus gratulatur ei munus vicecancellariatus.

Salutem et benevolentiam nostram.

Reverende atque Nobilis, sincere nobis dilecte.

Decimo quinto die mensis Maii literas Dignitatis Vestrae, sexto eiusdem mensis die datas, accepimus. Quae multis de causis nobis gratissimae fuerunt et quod studium operamque nobis vestram promptam et paratam et quod eandem Vestrae Dignitatis erga nos benevolentiam nobis ostenderunt, qua erga nos fuit olim Reverendissimus in Christo Pater, Dominus Petrus Thomicius, Episcopus Cracoviensis pie defunctus, amicus noster candidus et singularis. In cuius officii et dignitatis locum Vestra Dignitas successit. Itaque hac ratione Dominus Petrus Thomicius non ereptus esse videtur. Fatorum sors amicum ex animo nobis[a] benevolentem nobis ademit, sed eadem alium pari erga nos animo, studio ac benevolentia reddere voluit. Qua in re plurimum nobis gratulamur[b]. Nam etsi Dominus Petrus Thomicius morte nobis ademptus est, attamen illi quam simillimus, ab eo educatus et in eodem dignitatis gradu collocatus nobis pro illo est redditus ac restitutus. Corpus ergo illius dumtaxat nobis, non studium nec benevolentia adempta esse videntur. Itaque Dignitatem Vestram rogamus, ut hoc studio hacque benevolentia, quod tamen minime nobis dubium, perpetuo erga nos esse velit. Nos quoque quo animo, qua gratia atque clementia erga Dominum Petrum Thomicium affecti fuimus, eadem et Vestrae Dignitati, illius successori, immutata manebit. Nec minus vobis gratulamur hoc vicecancellariatus munus Vestrae Dignitati prae ceteris commissum ac concreditum esse, optamusque hoc bene ac feliciter Vestrae Dignitati evenire. Postremo petimus, eadem Vestra Dignitas ad nos quam saepissime literas suas dare velit ac de iis rebus, quae nos scire velle quaeque ad nos pertinere arbitrabitur, certiores facere gravari nolit. Id nos singulari benevolentia, favore ac clementia erga Dignitatem Vestram promereri nunquam non studebimus. Quam bene feliciterque valere cupimus. Datae e Regio Monte, XXIIII Maii, anno etc.

Commissio Principis propria.
Ioachimus.

In initio epistolae in margine: Domino Samueli Maziewski, XXIIII Maii.

a) *in ms.* vobis
b) *in ms.* gratulemur

N. 1650.

E Regio Monte, 25.V.1539.

Albertus dux in Prussia
Nicolao Nibschitz
de legatione episcopi Lundensis accuratius edoceri cupit; de periculo Turcico nunc minus imminente gaudet; de regina Isabella potius verbis quam litteris cum eo colloqui mallet; de errore in titulo Ioanni Tarnowski addicto iterum dolet et rogat, ut accuratum elenchum omnium Regni procerum cum rectis eorum titulis, etiam quando mutationes in eis occurrant, sibi mittendum curet; responsum de lacu Drausen Achacio Czema transmissum esse nuntiat; Bernardum Russocki, « ritter Hans *» vocatum iam ad parentes suos rediisse sperat; de negotio marchionis Georgii nullum responsum se accepisse significat; ad commendationem sibi factam Ioannis Gersdorff, ut eum loco sui (Nicolai Nibschitz) in factorem suum in aula regia assumeret, respondet se malle, ut per aliquod adhuc tempus Nibschitz negotia sua in aula regia curet.*

(Schedula: responsum ad litteras Nicolai Nibschitz, 17.V.1539 datas, quas obsignatis iam litteris suis accepit).

Cfr. El. XLVIII, NN. 316, 317, 318.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 353-356v.

Ahn Nickell Niptzitzenn, den XXV May.

Erstlichen, wes den Turcken betrifft etc. Item von konigin Isabella. Item belangende den sehe Drawsenn. Item was das pfandtgutt anlangt. Das ko.mt. in kurtzen tagen in Littauen sich begeben werden. Item Hannsen Gerssdorffers halben. Item den Matzieussky 50 gulden jnen damit zu vorehren etc. Item von dem unfal, so sich zwuschen dem bischoff von Pomezan[1] und dem herrn Kosska zugetragen hat etc.

...Was erstlich dy bothschafter derselben handelung, den[a] von Lunden[2], auch wes dem mehr anhengig und zugehörig anlangt, lassen wir seynes werts beruhen; mussen dannocht dorauss schliessen, das nit vorgebens ader one ursach solche rede erschollen und erbreitert, genediglich begerende, so wes weyter ahn dich der hendel halben gelangt, du wollest uns deynen trewen vleiss nach, wy[b] bissher gescheen, daran nichts vorhalten, sunder uns desselbe clerlich und vleissig mitteylen und nhumher allenthalben guthe nachforschung haben.

Das das turckische geschrey sich etwas gelindert, hören wir gantz gern, pitten Gott den Allmechtigen, er wolle seyne wolvordinte rhute genediglich von uns abwenden und schaffen, das uns der nham hinfuran nummer kundig, ader aber yhe gnade vorleyhen, das ime yhn guther eintracht von allen theylen mehr widerstandt dan bishero gescheen, begegene. Was sich aber weiter von Turcken, Thattern, ader andern vheinden der christenheit und Cron Polenn zutragen wirt, vorsehen wir uns dein guthwillige mitteylung, darumb auch wir mit genaden pitten.

Der konigin Isabella gluckseligen zustandt, lauts deines ersthen schreybens, sehen und hören wir gantz gern. Dieweyl aber yhn dem andern deynem schreyben ein zedel hirvon auch meldende befunden, wolten wir lieber mit deyner person dovon reden dan schreyben, und geben dir uff dein begeren zu erkhennen, das wir von irer ko.mt., sidther dieselb yhn Ungeren vorhayradtet, durch dich nicht mer dan eynen brief bekhommen.

Was den herrn Tharnawssken anlangt, das er sich beschweren solte unsers ahn yhn uberschreibenen und gegebenen tittels, vornehmen yhm gantz ungern, dan wir uns jhe gern gegen ime also halten wolten, darab merh lieb und freuntschaft erbawet, dan dieselb so itzung, Gott lob, vorhanden zurbrochen werden solte; und hirumb haben wir uns durch viel schreyben gegen seiner person eingelassen. Indem aber mer unfreuntschaft den freuntschaft hirauss volgen solthe, wer besser, wir messigeten uns des schreybens zum theyl. Damit aber wir allen grosser heuptern der Cron Polan ire gebhurende tittel geben, haben wir ein vortzichnus auss koniglichem hoff aller herren und empter bekhommen, yhn welcher under andern auch des herrn Tharnassken tittel, also wie er auss unser cantzley ausgangen[c], vorzeichnet gestanden. Haben dennach nit anders gewust, es were eben wol troffen und in unsere canzley[d] also zu schreyben befholen. Dieweyl es aber alhie gefelet, mussen wir bey uns achten, es yhn anderem mehr fhelen werde. Demnach ahn dich unser genedigs begeren, uns auch unsere canzley, welche disfals eben als wol als wir unwissendt gesundigt und geirret, deyner geschicklickeyt nach entschuldigen wollest, nicht weniger aller herrn und empter der Cron Polen nitt allein itzo, sunder als oft sich etwas ahn den personen und emptern vorenderen thut, auss ko. canzley wie den ire titel zu geben, clerlich vorzeichennt, dornach wir uns jder zeit zu richten, zuschicken. Doneben aber deynen getrewen radt, dieweyl uns das herrn Tharnavssky titel etwas hoch ansehen thut, auch jheweylen wo man eyner person uberige titel gibt, das es mehr zur vorkleynung dan andern zugelegt und gedeutet wirt, wes man sich wol dorin zu halten, domit ime wider zu viel noch zu wenig gethan mitteylen etc.

Die antwort des sehes Drausens halben haben wir dem etc. her Zemen zugeschicket. Wes in nhumer disfals zu thun vor gutt, nutz und gerathen ansehen wirt, wirt dir unvorhalten bleyben.

Als du aber yhn deynem schreyben von Bernhard Russetzky, sunst ritter Hanns genant, schreyben und wegen seyner eldern pitten thust, wollen wir dir nit bergen, das gedachter ritter Hannss newlicher zeit vor uns in dem nhamen, als wolde er heymzihen, auss Dennemarck kommende abgescheiden. Sein demnach gentzlicher zuvorsicht, ehr itzo bey seynen eldern sein werde.

Ferner wird durch dich yhn allem deynem schreyben gebeten, wir wolten dir, wes der etc. marggraff Georg auf unser schreyben vor dich ein pfandtgut belange vorbitlich geschehen, in antwort erhalten zuschreyben, dornach du dich zu richten etc. Solche antwort solt dir unvorhalten blieben seyn, wo uns einige von s.l. zukommen. Aber wir haben bissanhero auf solch unser bescheen schreiben kein antwort erhalten, vil weniger sunst erfharen mogen, wes dieselb zu thun gesindt. Wir seindt aber dir zu gnaden nachmals unbeschwert mit erster botschaft abermalen verhalben[2] anregung zu thun.

Dem herrn undercentzler[3] haben wir schreyben lassen, wie du hiebey zu sehen, genediglich begerend, uns und unsere sachen bemeltem herrn undercantzlern neben unsers genedigen grusses zuentpyethung anzeigen und sunst auf des beste ausrichten wollest.

Wie du auch weyter meldest, das sich ko.mt. zu Polan, unser genedigister herre und freuntlicher, lieber ohem, kurtz yhn Littawen begeben und ahn den grenitzen, ungefherlich bey zwentzigk meylen voruberzihen werde, derwegen dein guttbeduncken, das wir uns entweder selbest der orth zu seyner ko.mt. fuegen. oder aber unsere gesandten

an dieselben der irrigen grenitz handlungen halben anregung zu thun schicken thetten etc. Solchs dienstlichen wolmeynenden anzeigens und gutbedunckens thun wir uns mit genaden bedancken. Und wiewol wir itzundt nicht wissen konnen, wes uns zu der zeit, wan sich hochgenante ko.mt. yhn Litten erheben wirt, vorfallen mochte, ab wir selbest zihen oder schicken wurden, so ist dennocht unser genedigs beger, du wollest auf seyner ko.mt. ausszuck und zu welcher zeit dieselb an deine orthe ihn deynem schreyben gemeldet, anzutreffen, gute kuntschaft legen und uns solchs zeitlich genug zuschreyben, denn wir villeicht die unsern ahn seyn ko.mt. schicken oder aber die selbst besuchen, den handel der langwirigen irrigen grenitz halben vortstellen und anregung thun möchten.

Ferner, das du uns Hannsen Gerssdorffer zu einem diener unsere sachen ahn dem koniglichen hove, wie biss anhere von dir bescheen, in anmerckung deyner vilfeltigen schwacheit ausszurichten, vorschlagen thust, nemen wir dein wolmeinendt bedencken[c] (wie wirs auch nicht anders dan in besten vorstehen) zu genaden und danck ahn. Dagegen aber bedencken wir, das unsere hendel, sovil des ahn dem koniglichen hove vortzustellen furfallen mochten, noch zur zeit durch dich, als dem die verlaufenen hendel und waruf die zum theyl nachstehen am meisten kundig, besser dan durch Gerstorfern oder sonst imands aussgericht konnen werden, wie wir dan auch deyne persone noch am liebsten darzu gebrauchen und wissen wollen, so versehen wir uns auch, das solche hendel numher nicht so heufig vorfallen, sonder teglich abnemen, linder und geringer werden sollen. Also auch, das solcher bemuhung umb sovilmehr benommen werden und unsers vorsehens die wenigen hendel hinfurter wie bissher beschehen (darumb wir auch mit gnaden begeren), ausszurichten keyn beschwer tragen sollest und wollest. Wo aber im fall, das du dich darinne ye so gar beschwert, als wir uns doch nicht vorsehen, befinden wurdest ymandts, es wher Gyrssdorff ader ein anderer so tuchtig und dienstlichen, der unsere sachen ime getrewlichen wolt lassen bevolen sein und dieselben mit vleisse vortstellen und furdern wurde, wolten wir uns gegen derselben persone, wie stetz bescheen, mit genaden danckbar erzeigen. Jdoch wollen wir diss in weiter bedencken nemen und hiemit nichts ab-oder zugeschlagen haben, dich auch, wes uns hierinne thunlich, unsers gemuts meynung hernachmals schriftlichen vorstendigen. ...Datum Konigspergk, den XXV May anno etc. 39.

Cedula

Als wir disse brief abfertigen wolten, ist uns dein schreyben, datum Suntag nach der Hymmelfart Christi, zusampt dem schreyben des herrn Tarnausski und Ulrich Gotschen, ritters etc., zukommen, und darauss wes sich vor newe zeitungen, welcher wir durch herrn Metzwoffsken schreyben bericht werden solten, und anders mitler zeit sich zugetragen, verstanden. Thun uns solcher mitteylung yhn gnaden bedancken, genediglick begerende, du wollest uns, wes jder zeit von zeitung und sunst vorfelt, eigentlich zuschreyben, und wiewol du dich auf den herrn Matzioffsky, er uns alle zeitungen zugeschrieben haben solte, zihen thust, so haben wir jdoch keyne andere brief, dan dovon oben meldung beschehen, zu unseren handen bekhommen. Demnach an dich unser genediges synnes und begeren, du wollest vorfurdern helffen, domit uns solche obgemelte zeitung, auch wes sich sunst dess zugetragen, zugeschrieben. Und wiewol wir lauts deynes schreybens zu Gott dem Allmechtigen tröstlicher

hoffnung, wir sollen diessen sommer nit gefordert werden, so wollen wir uns doch gleichwol als viel möglich geschicket machen, damit wir dannocht nit unvorsehend angetroffen. Hirumb wollest auf alle sachen guthe achtung haben und geben uns wes jder zeit vorleuft, zu schreyben, und wo es jhe zum erfordern kompt, so viel anhalten helfen, auf das wir nit yn eil auffsein mussen, dann du hast zu bedencken, ehe wir unsere[f] land und leuth hinder uns vorsichert und bestelt lassen, leuth und andere nothdorft, zum krig gehörig, bekommen und ahn uns brengen, do wil zeit nicht eins monats, sunder lenger zu gehoren, wie du des besser dan wir schreyben, bey dir als der vorstendig zu urtheylen.

Den herrn Tharnaussky haben wir auss ursachen, das wir ime seinen tittel nach irre, auf dissmal nit beantworten kennen, wollen demnach deynes berichts zuvoraus, wie man es yhn koniglicher cantzley helt lauts unsers schreybens gewertig seyn, darnach wir uns umb sovil bass zurichten. Und dieweil dich vor gerathen ansicht, den herrn Matzieffky mit 50 gulden zu verehren, wir auch uns den man jhe gern zu einem rechten und bestendigen guthen freundt machen wollen, so haben ahn Jobst Lugwig[z] etc. schreyben lassen mit begeren, das er dir von unserntwegen 50 gulden zustellen sol. Solch geldt wollest neben uberantworthung des briefs entpfhahen und dem herrn Matziewssky von unserentwegen mit dorzugehorenden geburlichen und gebreuchlichen worten antworten und keynen vleiss sparen, das uns ahn ime ein bestendiger und gutter freundt gemacht werde.

Der gutten, erlichen gesellen gruss und dinstlich zuentpieten ist uns gantz lieb. Demnach unser begeren, du es uns zuforderst bey allen ko.mt. herrn und gutten gesellen hinwiderumb aufs best ausrichten wollest.

Des[g] pfandguts halben haben wir nach eins an unsern etc. brudern, marggraff Georgenn, geschrieben; vorhoffen, einmal antwort zu erhalten.

Gabriel Terlenn wollest vor andern allen unsern genedigen willen vormelden und ihn an unserstadt pitten, er wolde fleiss haben, das er uns ein gutten zelder, der starck und gewisser baine, domit wir eine hohe und fast schwere person versehen und verehren mögen. Umbs gelts, es koste auch was es wol, zuwege brenge und den zu bezalen, das gelt von Jobst Ludwigenn, dem wir dorumb geschrieben, neme, uns auch denselben alshald herschicke. Des wollen wir umb sein person mit gnaden ingedengk sein.

Und nachdem sich ein unfhal zwischen dem bischof von Pomezan, dem Kosska und unserm diener einem zugetragen, wir aber uns vermuten, der handel an koniglichen hoff gelangen mochte, so ubersenden wir dir hiebey abschriften vol allen berichten, auch wes wir dorauf geantwort, mit genaden begerende, wo etwas derhalben an dich gelangte, du wollest deyner geschicklickeyt nach bericht thun, unser, auch unserer underthan bestes wissen. Das gereicht uns von dir zu sundern genaden. Datum, ut supra ihn literis.

Commissio Principis
propria.
Cancellarius.

a) *in margine*
b) *supra lineam*
c) - d) *in margine*
e) *in ms.* bedenckencken.
f) *in ms. bis scriptum*
g) *sequitur expunctum*: wir des
z) *sic in ms.*
1) *Paulus Speratus.*
2) *Ioannes a Weeze.*
3) *Samuel Maciejowski.*

N. 1651.

E Regio Monte, 1.VI.1539.

Albertus dux in Prussia
Ioanni Radziwiłł, capitaneo Samogitiae,
pro Ursula, Martini Lochner relicta vidua, cui a servo suo nequam, nomine Bartholomaeo, « in auro et argento, cleinodiis reliquisque rebus » *ultra 600 marcae clam et furtim ablatae sunt, intercedit et rogat, ut ministro suo plena potestate praedito ad eundem furem, in Samogitia latitantem, capiendum et res ablatas recuperandas auxilium praestet.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 82-83.

N. 1652.

E Regio Monte, 4.VI.1539.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
rogat, ut lacum Drużno (Drausen), hactenus Elbingensibus pro annuo censu concessum, Achatio Czema, castellano Gedanensi, pro 350 florenis annui census (dum Elbingenses 200 tantum florenos persolvebant) concedere velit.

(Latine)

Cfr. El. XXX, N. 191.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 83-84.

N. 1653.

E Regio Monte, 4.VI.1539.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori
rogat, ut apud regem parentem suum operam suam interponat, quo Achatius Czema lacum Drużno (Drausen) pro annuo censu obtinere possit.

(Sub textu: In simili forma ad Reginam Poloniae [*Bonam*]).

(Latine)

Cfr. El. XXX, N. 192.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 84-85.

N. 1654.

E Regio Monte, 4.VI.1539.

Albertus dux in Prussia
Petro Opaliński, curiae regiae magistro,
rogat, ut causam Achatii Czema regi commendet, quo lacum Drużno (Drausen) pro annuo censu obtinere possit.

(Schedula: ut eandem causam regi iuniori et reginae Bonae commendet).

(Sub textu: Eadem forma scriptum est Nicolao Volski, Samueli Maziewski).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 85-87.

N. 1655.

E Regio Monte, 4.VI.1539.

Albertus dux in Prussia
Iosto Ludovico Decio
rogat, ut Nicolao Nibschitz vel Gabrieli Tarło summam 50 aureorum tradat ad emendum sibi equum.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 357.

N. 1656.

E Regio Monte, 18.VI.1539.

Burggravius [Martinus Kannacher] et alii consiliarii
Alexandro Iłowski, pincernae Visnensi, capitaneo Latovicensi,
duce absente se litteras eius Polonas, in quibus de capitaneis ducis ob non administratam sibi iustitiam questus est, aperuisse nuntiant totamque causam duci, quam primum domum redierit, relaturos esse promittunt.

(Latine)

Cfr. El. XXXVI, N. 596.

Ostpr. Fol., vol. 51, f. 88.

N. 1657.

E Regio Monte, 18.VI.1539.

Burggravius [Martinus Kannacher] et alii consiliarii
Nicolao Niszczycki, palatino Belsensi,
litteras eius et litteras regis intercessorias in absentia ducis se accepisse, aperuisse et legisse nuntiant atque capitaneis Pissiensi, Rynensi, Rastenburgensi, Lycensi et Szesnensi iterum scripsisse, ut ei colonos profugos, iuxta initas utrinque transactiones, restituant.

(Latine)

Cfr. El. XXX, N. 183 et XXXVI, N. 598.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 88-89.

N. 1658.

E Regio Monte, 28.VI.1539.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
iuxta consilium regium se ad nonnullos Germaniae principes, sibi sanguinis vinculo iunctos, de gravissimis periculis a Turca imminentibus scripsisse significat et responsa eorum ad litteras suas transmittit.

Cfr. El. XXX, N. 188 et ssq.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 89-91.

Indicat se scripsisse quibusdam Principibus ac Dominis, sanguinis ac necessitudinis vinculo sbi iunctis[a)], de gravissimis periculis crudelissimi hostis Thurcarum, et quid illi rescripserunt, transmittit Regiae Maiestati[b)].

Serenissime Rex, Potentissime Princeps *etc.*

Posteaquam Maiestas Vestra Regia praeterito tempore me de gravissimis periculis ac crudelissimi christiani nominis ac sanguinis hostis,

Thurcarum tyranni, vicina incursione cerciorem reddidit ac inter caetera[c] consultum iudicavit, ut hisce de Maiestati Vestrae Regiae imminentibus periculis ad nonnullos Germaniae Principes, mihi sanguinis ac necessitudinis vinculo coniunctos, scriberem eosdemque admonerem, quo summa diligentia considerare vellent, ut si apud vicinos incendium aliquod de improviso suboriretur, sacius-ne putent illi in tempore obviam eundum et ad restinguendum illud opem aliquam ferendam esse, quam expectandum, donec ad propria ipsorum tecta perveniat laciusque deinde grassetur etc. Prout huiusmodi Maiestatis Vestrae Regiae ad me scriptae literae clarius atque prolixius in se continebant.

Eam itaque ob causam, quamvis satis certo sciam, Maiestatem Vestram Regiam, tanquam sapientissimum prudentissimumque Regem, apud Romani Imperii Electores caeterosque Principes maiorem me authoritatem et aestimacionem habere, tamen pro debito meo obsequio et fido corde praetermittere nolui, quin ad Maiestatis Vestrae Regiae postulationem eandem causam apud nonnullos Dominos et amicos meos percharos summa diligentia quaererem ac promoverem. In quam vero sententiam ad eos scripserim et qualia responsa ad me dederint, Maiestas Vestra Regia ex adiectis copiis clementer percipere poterit. Ac etiamsi constituta dies, de qua Elector Imperii, Saxoniae Dux[1]), mentionem facit, et ut Maiestas Vestra Regia eandem per suos inviseret, consulit, elapsa nunc sit, nihilominus tamen ego, Maiestatis scilicet Vestrae Regiae charissimus nepos ac subditus et fidelis Princeps phasallus, talia Principum consilia Maiestati Vestrae Regiae transmittere volui, ut si quid esset in hiis, quod vel nunc vel in futurum aliquam utilitatem adferre posset, Maiestas Vestra Regia pro regia sua ac praeclara prudentia eo ipso uti commode queat. Quicquid autem hac in parte aut[d] faciendum aut omittendum erit, id Maiestatis Vestrae Regiae Amplissimorumque Ordinum Regni Poloniae praeclaro iudicio diiudicandum relinquo. Atqui haec omnia Maiestatem Vestram Regiam, cui me una cum toto meo Ducatu omnibusque subditis unice commendo, pro debita obedientia celare nolui. Quam Deus servet diu foelicem, salvam ac incolumem[e]. Datae e Regio Monte, ut supra.

Commissio Principis propria.
Hieronymus.

In margine in initio scripti: Ad Regem Poloniae, XXVIII Iunii.

a) *in ms. iunctos*
b) *sequitur expunctum:* copiis
c) *sequitur expunctum:* consultum
d) *supra lineam pro expuncto:* autem
e) *in ms.* incolumen
1) *Ioannes Fridericus.*

N. 1659.

Cleipodiae, 28.VI.1539.

Albertus dux in Prussia
Stanislao Alberti Orwid (Orbidano), *tivuno Telszensi,*
de querela eius propter non redditos profugos se cum capitaneo suo Cleipodiensi locutum esse nuntiat, qui responderit se eos redditurum esse, dummodo clare ostendere possit homines, quos petit, profugos esse.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 91-92.

N. 1660.

E Regio Monte, 28.VI.1539.

Albertus dux in Prussia
Nicolao Nibschitz
pro litteris et novitatibus gratias agit; rogat, ut sibi scribat, cuius rei gratia oratores regis Romanorum Cracoviam venerint; litteras ab Isabella Hungariae regina se accepisse et alias ab ea exspectare nuntiat; de scelere in oppido Marienwerder perpetrato Stanislaum Kostka non sine studio ad regem et ordines retulisse putat.

Cfr. El. XLVIII, NN. 319, 320.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 357-358v.

An Nickell Nipschitz, den 28 Junii.

Erstlichen thut meyn gnedigster herr bedancken fur die zugeschickten newen zeitungen; zum andern belangende den unfhall zu Marienwerder etc.

Unsern grus und genedigen willen zuvorn.

Erbar und erenvhester, lieber, getrewer.

Wir haben dein schreyben, des datum stedt Crackaw am Sonnobent noch Pfingsten gegenwertiges jhars, sampt mitteylung etlicher newer zceittung und das ko.mt. zu Polen etc., unsers gnedigsten und freuntlichen, lieben ohemes, botschaft von romischer ko.mt.[1] etc. wider ihm heimzugk und derselben alle tagk zu Crockaw gewartendtt sei, empfangen und ferner seines inhalts lesende eingenommen. Nun thun wir uns fur das erste der uberschickten brieff und zugeschriebenen zceittung hochlichen bedancken, in allen genaden widerumb zu erkennen, genediglich begerende, du wollest, soviel dir wissenlich und geziemen wirtt, wes gedachte konigliche gesandte vondannen einprengen, uns dasselbig durch dein schreyben nicht verhalten. Doneben fugen wir dir zu vornhemen, das uns ko.w. zu Hungern, unserer freuntlichen, geliepten mumen und schwestern, frawen Isabelle etc., brieff geworden. Dieweyl aber ire ko.w. uns nurt auf eine schrifften geantwortt, so seind wir derselben antwortt, wes die andern unsere schreiben belangt, noch freuntlich gewertigk und haben uns mit deynem brieff begerter massen gemess gehalten und wollen dir, als unserm getrawen, lieben diener, unangezeigt und unuberschikt nicht lassen.

Wes sich abermals uber vorigem begangenem frevel zu Marienwerder und dir dovon ubersandten bericht neulicher tag doselbest, wie du dich dan hie beyliegent zu ersehen und wir von berurtem unserm freunth von Pomezann[2] etc. underricht bekhommen, zugetragen haben sollen, ist darauf unser genediges begeren, dieweyl dannacht auss voriger beschener handlung zu vermueten, dis der schatzmeister zu Marienburgk, Stanisslaus Kosska etc., der sachen porteisch und er oder andere villeichts solchs und anders zu irem schmuck und vortheyl ahn hochgedachte ko.mt. zu Polan etc. und die stende gelangen lassen und inen etwas einpilden mochten, du wollest mit vleiss dich dieses gegenberichts zu ableinung unser und der unsern vorungliempfung und zu erhaltung unsers hertzogthumbs hoheit, auch der unsern unvormeidliche notturft gegen ko.mt. und den stenden geprauchen und vorwenden, doch nicht eher, dan wan du vermerkest, das etwas uns und den unsern zu entgegen in diesem fhall angetragen und nach angezogen werden wolt. Und setzen wir yhn dein bescheidenheit, wes von diesem bericht und verhorerter kuntschaft, soe

es die wege, wie berurt, erraichen thut, von dir vorzutragen seyn wolle oder nicht, dich yhn dem, wie wir dan an deyner person gar nicht zweifeln, gutwillig und vleissig erzaigen. Das sein wir umb dich mit allen genaden zu beschulden geneigt. Datum Konigspergk, ut supra.

Cedula

Dieweil dir auch wissendt, das uns vil— und hochgemelte ko.mt. zu Polan etc. verflossener zeit die beschwerliche, erschrockliche, ferliche zeitung (welche sich nun, Gott lob, geendert), vonwegen der benachparung des gemeynen vheinds christlichs nomens, des Turckenn, durch ir schreyben angezeigt, und doneben unther anderem fur gerathen angesehen, das wir in solchen iren koniglichen geferden auch andere teutzsche fursten, mit welchen wir in sonderer freuntschaft verwandt ermant hetten, das sie mit höchsten ernsten bewegen wolten, so sich bey irer nachparschaft eynerley feuer erhube, ob nicht furtreglichkeit demselben bey zeit zu wehren, ader also lang zu harren, biss es auch ahn ire eigene landt einreisen thet etc. So haben wir dennach auss schuldiger, undertheniger pflicht und treuhertziger wolmeynung dasselbig bey etlichen churfursten und andere stenden des romischen reichs mit allem vleiss gesucht und die sachen gefurdert. Wes wir aber nun an die gedachten disfals geschrieben und darauf von inen fur antwort erhalten, schicken wir ko.mt. bey diesem unserm diener hiemit zu, genediglich begerende, du wollest daran sein, auf das die brief irer mt. gewisslichen uberantwort werden mit gewönlicher, gepurlicher, undertheniger und freuntlicher dinsterpietung gegen alten und jungen ko.mt.[en], auch unserer bey unseren herrn, gutten freunden und erlichen gesellen, die unser im besten gedencken, mit dem salutiren nicht vergessen, wie du dan wol zu thun waist und des hoffs braucht ist. Daran geschicht uns von dir zu wolgefallen in aller genaden widerumb zu erkhennen. Datum, ut ihn literis.

Commissio Principis
propria.
Secretarius.

1) *Ferdinandus I.*
2) *Paulus Speratus, ep. Pomesaniensis.*

N. 1661.

Cleipodiae, 1.VII.1539.

Albertus dux in Prussia
Stanislao Alberti Orwid (Orbidano), *tivuno Telszensi,*
se capitaneis suis Cleipodiensi, Tilsensi et Ragnetensi iam dudum scripsisse et mandasse nuntiat, ut requisiti colonos profugos cuique redderent, ideo non in illos, sed in eum ipsum, qui illos hac de re non interpellaverit, culpam reiciendam esse.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 92-94.

N. 1662.

E Regio Monte, 3.VII.1539.

Albertus dux in Prussia
consulibus Caunensibus
pro servitore suo Ioanne Spilbroch intercedit et rogat, ut ei in obtinendo ab Andrea Glockmann, cive Caunensi, salario, pro servitiis per quadriennium ei praestitis debito, adesse velint.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 43, f. 125.

N. 1663.

E Regio Monte, 24.VII.1539.

Albertus dux in Prussia
episcopo Vladislaviensi [Lucae a Górka]
pro Anna, civis olim Regiomontani Gerardi a Wawen (vel Wauch) relicta vidua, negotium quoddam coram eo expediendum habente, intercedit et rogat, ut procuratoribus suis, Winoldo Funff et Conrado Maraun, civibus Gedanensibus, quibus plenam agendi potestatem tribuit, fidem habeat et iustitiam indilatam dictae viduae administret.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 94-95.

N. 1664.

E Regio Monte, 31.VII.1539.

Albertus dux in Prussia
« domino Adamki » (*Adamko, tenutario in Kroże? cfr. El. LIV, N. 1094)*
pro Ursula, Martini Lochner, consulis olim Regiomontani, relicta vidua, cui servus illius domesticus clam et furtim non parvam pecuniae summam una cum clenodiis aliisque rebus abstulit ac secum abduxit, intercedit et rogat, ut eiusdem viduae procuratori consilio et auxilio suo ita adsit, ut et res omnes furto ei ablatas recuperare et iustitiam super eundem furem indilatam consequi possit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 95-96.

N. 1665.

E Regio Monte, 1.VIII.1539.

Albertus dux in Prussia
Felici Srzeński de Sokołowo, palatino Plocensi,
ad litteras eius intercessorias, « pro nobili quodam Sbaszimowie *(sic in* ms.) dicto, ex Amplissimo Regno Poloniae oriundo » *ad quem nonnulla bona in Ducatu Prussiae hereditario iure, tanquam ad verum heredem (post mortem eorum possessoris, Pauli Samyntzki), devoluta esse debeant, scriptas, latius respondet.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 96-99.

N. 1666.

E Regio Monte, 13.VIII.1539.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
petitionem Gulielmi Truchsess, consiliarii sui (de qua ex inclusis eius litteris regem melius edoctum iri affirmat) commendat et rogat, ut eam regiis consiliariis et ordinibus terrarum Prussiae committere et litteras citatorias ad Ioannem Luzjański (a Lusiann), *palatinum Culmensem, dare velit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 99-100.

N. 1667.

E Regio Monte, 14.VIII.1539.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
se « tam vehementes, asperas et inclementes literas » *regias in causa Ioannis Gołyński non exspectasse nuntiat et rem totam, sicut se habuit, prolixe explicat.*

Cfr. El. XXX, N. 179.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 100-104.

In caussa Golinsski.
Serenissime Rex.

Regiae Vestrae Maiestatis literas, scriptas Cracoviae IX Iulii anni praesentis, ea qua decet reverentia accepi et legi. Ex quibus intellexi Regiam Vestram Maiestatem sententiam illam, contra meum subditum Ioannem Golinsski a me prolatam, duram et non satis aequam esse (nonnullis de causis iisdem literis insertis) diiudicare. Qua ex re Regia Vestra Maiestas non mediocrem acceperit molestiam, postulans, ut de hac severitate nonnihil remittam et me magis placatum exhibeam. Quod nisi moderatus fuerim sententiam nimis aspere latam, non liceret Regiae Vestrae Maiestati ope et auxilio suo Ioanni Golinski deesse etc., quemadmodum Regiae Vestrae Maiestatis literae[a)] haec omnia lacius in se continent.

Tam vehementes, asperas et inclementes literas, imo condemnationem, praesertim cum Regia Vestra Maiestas a me hactenus nullam acceperit explicationem facti, a Regia Vestra Maiestate me obtinere debere nequaquam arbitrabar. Sed certo mihi persuadebam eandem meam excusacionem quolibet etiam in negocio (quemadmodum hactenus fieri consuevit) postulaturam esse, ut tandem audito utriusque partis iure cuique suum ius tribueret. Quod si Regia Vestra Maiestas tandem me in aliquo excessisse comperisset, nullo modo, tanquam subditus et obediens Princeps, legittimam informationem hactenus contemnendam duxi. Verum hoc mihi persuasum habeo, haec scripta contra me non ex inclementi Regiae

Vestrae Maiestatis animo, sed ex malevolorum sinistra delatione, per quam Regia Vestra Maiestas fortassis commota esse potest, prodiisse. Nam multifariae regiae et clementes pollicitaciones multo diversa pollicentur. Quae me impellunt, ut nihil aliud de Regia Vestra Maiestate, quam optima et clementissima, mihi certo certius adseverare ausim, nihil addubitans Regiam Vestram Maiestatem pro regia et alta sua sapientia, ubi tocius huius negocii seriem perceperit, iudicaturam me nequaquam contra iuris formam aliquid perpetrasse.

Res autem ita se habet. Ioannes Golinski habet in meo Ducatu aliqua bona, ex quibus sibi nonnulli rustici aufugerant. Hos profugos insequutus est officialis praefati Ioannis. Quos cum in meis bonis comprehendisset, peciit a meo Capitaneo, ut profugi rustici sibi extraderentur, quod et factum est, nullo modo diffidens, quin hoc cum profugis attentaret officialis, quod ius et consuetudo huius patriae approbat. Officialis continuo ablegavit ad Ioannem Golinski nuncium, subditum Ioannis, postulans ab eo erudiri, quid cum profugis faciundum esset. Golinski vero mandavit per praefatum suum subditum officiali, ut masculum furca suspendi, foeminam viventem sepeliri curaret. Id quod sine omni secundum formam patriae iuris cognicione aut examinatione factum est. Laqueo itaque masculus et foemina vivens sepulta vitam finiunt.

Cum autem ille idem, qui ad saepefatum Ioannem, ut supra dictum est, ab officiali ablegatus erat et responsum attulerat a Ioanne, haec omnia in mea ac meorum consiliariorum praesentia non coactus, sed volens, mediante iuramento et quidem postulante ac commonente ipso Ioanne, lingua Polonica Ioanni coram in os diceret, non potuit Ioannes tantum facinus aliquo modo defendere, sed obmutuit plane et ne verbulo quidem uno sui subditi testimonium contradixit.

Praeterea, quantumvis officialis, qui mandatum Ioannis exequutus est, perpetrato hoc immani scelere ad tempus in bonis Golinsski esset, nihilominus tamen non attento meo mandato, et quod alias, ne maleficia maneant impunita, ius hoc ipsum expetat, non est officialis a Ioanne in vincula coniectus, sed, quemadmodum est verisimile[b], ex proposito dimissus. Constat itaque hos miseros et innoxios homines nulla alia de causa iussu et mandato Ioannis Golinsski interemptos, quam quod aufugerant a bonis Ioannis Golinski.

Quam condemnationem hoc casu Golinsski secundum omnia iura mundi minime facere debebat, neque etiam vigore sui privilegii facere potuit. Nam Golinsski non habet merum et mixtum imperium in suis bonis, sed ego, quod litera sui privilegii manifeste testatur, et ipse inscius esse non potuit. Habet igitur Regia Vestra Maiestas, quum Ioannes Golinski tam crudele et immanum facinus contra ritum cristiani nominis, omnia iura, bonos mores, demandarit et suo mandato boni et innoxii homines e medio crudeliter sublati sint, an Golinsski aut alius, qui ex mandato facinus peregit, crimen admiserit, et uter iure sit puniendus. Fateor equidem, quemadmodum dubio procul Regia Vestra Maiestas aeque est iudicatura, si aliquid a me contra ius factum esse debuit, in hoc pocius essem obiurgandus, quod tam horrendum et immane facinus, quale in hiis terris alias a nemine unquam perpetratum existit, non satis gravi et iure[c] ordinata et provisa poena, sed ea moderata, in Ioannem animadversus sim. Proinde quasi nimis aspere lata sentencia esset, inculpari non debebam.

Nam si Golinski hoc negocio se liberare aliosque eo onerare vellet (quod tamen fieri non potest), debuisset eos, qui crimen in suis bonis

commiserunt, carceribus, cum id commode fieri potuit, demandari curasse et meo Capitaneo, qui ex commissione generali cuivis et in omni negocio iusticiam administrare debet, reum obtulisse, quo a reo iusta et debita poena aliis in terrorem sumi potuisset. Verum haec omnia sunt omissa, imo contraria, quemadmodum supra indicatum est, peracta sunt. Quare non iniuria ego, tanquam ille, cui a Deo et Regia Vestra Maiestate superioritas, iusticia, iurisdictio, merum et mixtum imperium huius Ducatus hoc loco clementer concessa et demandata est, quid mihi iure faciundum esset, cogitavi. Praesertim cum Golinski in hoc negocio contra sua privilegia temere in meam iurisdictionem irruere ausus sit, sui praestiti haereditarii iuramenti in hac parte erga me sit oblitus, quo nomine in crimen laesae Maiestatis iure inciderit, quemadmodum Regia Vestra Maiestas pro regia et ineffabili sua prudentia cum suis prudentissimis consiliariis sine dubio diiudicabit. Duxique iuribus consonum esse, ut dignas et bene demeritas ob perpetratum et demandatum facinus Ioannes Golinsski subiret poenas.Quas tamen ob magnas meorum Dominorum et amicorum interpositas praeces ita moderatus sum, ut videam me fere contra ius fecisse.

Intelligit itaque Regia Vestra Maiestas apertissime, an minus aspere aut moderato[d] iuris rigore protulerim sentenciam, deinde an aliquo modo possim dictam sentenciam mutare et placaciorem proferre. Quapropter Regiam Vestram Maiestatem subdite peto, eadem dignetur me, subditum suum Principem et sanguine iunctum amicum, in antiqua regia clemencia, gracia, favore, donatione, infeudatione et amicicia clementer et pacifice conservare et longaevos in annos in ea permanere, neque patiatur se ad cuiusvis delationem, inaudita mea excusatione, ad aliquam indignationem commovere. Quemadmodum Regiam Vestram Maiestatem clementer facturam esse sine dubio mihi persuasum habeo. Id quod erga Regiam Vestram Maiestatem subditis et sedulis meis officiis et obsequiis subdite demereri nequaquam intermittam. Hiis Regiam Vestram Maiestatem etc.

Commissio Principis propria.
Cancellarius.

In margine in initio scripti: Regi Poloniae, XIIII Augusti.

a) *verbum correctum.*
b) *correctum ex*: verisime.
c) *in ms.* iurae.
d) *in ms.* moderata.

N. 1668.

E Regio Monte, 14.VIII.1539.

Albertus dux in Prussia
Hieronymo Łaski, palatino Siradiensi,
pro perscriptis novitatibus gratias agit (« nam quo ordine quaque diligentia Magnificentia Vestra statum omnium rerum huius nostri saeculi nobis explicare dignata est, vix literis adsequi potest »); *rogat, ut in posterum sibi saepius scribat et* « quid mundus moliatur » *diligenter et saepe significet.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVI, N. 600.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 104-105.

N. 1669.

E Regio Monte, 14.VIII.1539.

Albertus dux in Prussia
Nicolao Nibschitz
se satis mirari non posse nuntiat, quas ob causas rex non solum in negotio Stanislai Kostka, sed etiam Ioannis Goliński, tam severis, inclementibus et duris verbis in litteris sibi scriptis usus sit; de nimia erga se severitate reginae Bonae, falsa praefecti sui Georgenburgensis relatione innixae, queritur.

(2 schedulae: 1. de rusticis profugis etc., 2. de Bernardo Russocki, « ritter Hans » *vocato).*

Cfr. El. XXX, N. 193.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 358v-364.

An Nipschenn, den XIIII Augusti.

Belangende den Cosstkenn und Golinsski.

Wir haben dein schreiben, datirt Cracaw den XVII Julii gegenwertiges jhars, bekhommen und seines inhaltes lesende eingenommen. Nun thun wir uns ins erste, das du dich alsopalt mit unsern schriften, wie du erfharen, das der edel und erentvheste, unser besonder lieber Stanisslaus Kosstke von Stangenberck etc. bey hoff gewesen, auch aldohin begeben und die uberschriebenen sachen (vermöge deyner schriften) mit allem trewen vleiss vorgestellt, in genaden bedancken.

Wes sich nun vor ko.mt. zu Polan, unserm genedigstem herrn und freuntlichen, lieben ohemen, zwuschen bemeltem Kostkenn und die vorrede und wechsselworth zugetragen, auch das du uns sampt[a] unsren underthanen verantwort, haben wir auss deinem lengnichten schreyben, welchs wir zu erwidern one noth achten, genugsam[b] verstanden und sonderlich gern vermerckt, das der Kosskenn, wie dein schreyben meldet, also gantz gelindt und glimpflich mit allem thun umbgangen, das er auch niemants besaget und beclaget, sonder allein die sachen dem ungluck beigemessen, gedecht auch derhalben weder zu rechten, vielweniger zu fechten etc. Dieweyl dan der Kosska also gantz gelindt und glimpflich, wie oben berurt, mit den sachen umbgangen, auch yhn sonderheyt das er niemandts besagt oder beclaget, so khöennen[c] wir dir, als unserm vertrauten diener unangezeiget nicht lassen, das wir uns nicht genugsam verwundern mögen, wie hochbenente ko.mt. zu Polan etc., nachdem uns niemandts verclaget, zu solchem scharfen, ungenedigen und gantz harten schreiben, nicht allein in des Kosskenn, sonder auch Hannsen Golinssky handlung, unverhort einiger unserer bericht oder gegenantwort, wie du dan auss eingelegten copien beder schreyben dich des inhalts hast zu erlernen, ursachen hat lassen etc. Mit wasser beschwerung aber unsers gemuts wir den inhalt derselben schriften eingenomen und gedulden, hast du als der verstendige wol zu erachten. Dan mit Goth wollen wir bezeugen, das wir sind beschehener verenderung zum hochsten darnach gearbeyt und getracht, domit wir jhe lenger, jhe mehr die gnade und gönst, mit welchen ko.mt. uns auss blutverwandtnuss, auch als der genedige lehenskonigk zugethan, mocht gemeret und nicht gemyndert werden. Haben uns auch von allem dem, so dorzu dienen möcht, keynem menschen auf erden, wie wir auch noch

zu thun bedacht, nicht abwenden lassen. Wissen uns auch vermittelst gotlicher hilf sonder rhum frey, das wir niemandes, sowol auch dem Kossken und Golinssky ihn iren sachen, die kurtz thun haben lassen, sonder vilmehr zu erzaignis unserer genaden und gunst gegen dir verprechenden, als Golinssky und anderm mehr, zu lind dan zu scharf gangen, soviel uns nurt gewissens halben, auch auss obrigkeit und der erbarkeit und pilligkeit nach, geziemen hat wollen. Solt uns nun diese unsere milde dohin gerathen, woe wir zu lind gangen, das uns ins widerspil gedeuth werden solt, musten wir hinfurt ein andere, doch gepurliche und rechtmessige mass und straf nach eins jden verdinst halten. Wir mussen und wollen aber der gentzlich unzweifelichen zuvorsicht sein, es werden diese bede schriften durch unsere missgöenner zu verdriss und zerrutung der liebe und freuntschaft zwuschen hochberurter ko.mt. und uns, welche wir doch Got bitten, sie biss in unser gruben genediglichen zu behalten, ausspracht sein. Dann, nachdem wir auss deynem schreyben vernommen, das ko.mt. in beschluss und endts irer mt. reden diesen widerwertigen zufhal mehr dem unglugk, dan einigem mutwillen einiger person zugemessen haben, auch yhn keynen ungenaden, in sonderheyt gegen uns, den auch ko.mt. gantz unschuldig daran zu sein erkandt, zurechnen wolten etc. Weyl uns dan ko.mt. iren koniglichen worten und deinem anzaigen nach selbest mit genaden entschuldiget sein lassen wollen, der Kosskan uns nicht beclaget, item die beden herrn cantzler, wie wir nicht anderst wissen, auch ir erpieten und dein schreyben, sonderlich von dem herrn undercantzler mitprenget, uns gern dienen, und alle konigliche brief auss der koniglichen cantzlei aussgehen, so koennen wir, wie du als ein weithsehender zu erachten, vieler nachdencken nicht onich sein, durch wen diese gescherfte und harte schrift bevorab auf Hannsen Golinssky ungegrundten und unerfintlichen bericht, dergleichen bey zeiten unsers regiments ahn uns nicht gekhommen, also vleissigk, unvorhoert unserer gegenantwort, gefordert und wort gestellet. Nachdem wir dan, wie oben gemelt, ko.mt. dieser scherffe halben gantz unschuldig wissen, muss dannocht ymandts ein fleissiger furderer gewesen sein. Domit du aber uber des, wes wir dir zuvorn zugeschrieben, ferner sehen magst, wie bede hendel mit dem Kossken und Golinssky mortlichen und wider recht geubten that halben gelegen, auch was unsere antwort auf die koniglichen schreiben ist, schicken wir dir dieselben neben den beden koniglichen copien alhiemit zu. Darauss du ihn kurtz grund und gelegenheit der hendel dich zu erlernen und zu[d] urtheylen[e], ob wir zu solchen harten schriften ursachen geben, auch zu lindt ader scharf gegangen, oder in des Kosskenn zugetragenen unfhal auch vielmehr dan er durch sein schriften selbest bey uns gesucht und aufs hochste gepeten gethan haben, genediglich begerende, du wollest uff diese hendel ein vleissigk aufsehen haben, so vermercket, das uns abermals diese unsere gegrundte warhaftige antwort ins ergste[f] wolt gedeut werden. Du, als der verstendige, getrew und verpflichte diener, wollest von unsertwegen unserer missgoenner nachstellen, sovil an dir abwenden und alle sachen ins beste, wie es von uns, vermöge unsers schreybens, gemeint und im grundt ist, wenden und vertreten, doneben mit vleiss anhalten, das wir die vielfeltigen clagen, dovon das konigliche schreyben meldet, auch die namen derjenigen, die sie vorpracht (dorumb wir dan ko.mt. auch bitten), zudem des begangenen frevels halben zu Marienwerder inhalts unserer bit an ko.mt. gestelt, antwort und bescheidt, warnach wir uns ferner zu richten, erlangen

mochten. Dann wir uns mit der hilff Gotts auf aller unser missgönner ungegrundtem und gepogenem bericht dermassen entschuldigen wollen, wie yhn unser antwort erpoten, dardurch unser unschuldt von meniglichen erkandt soll werden.

Wes antrifft, das dir vonwegen des sollicitirens yhn unsern sachen mercklich ungenad, nachtheyl und schaden in deinen alt verdienten jharen zugefuegt, und wes die leuth jheweylen darvon reden, als solst du disfals wider ko.mt. handelen, mit fernerem inhalt etc., höeren wir yhn warheit nicht gern, wolten dir auch doneben ungern ungenad, nachteyl und schaden göennen, wollen uns aber gentzlich verhoffen, weyl wir dich nicht heymlich oder one vorwissen ko.mt. zu eynem diener angenommen und offentlich halten, es werde dir unser dienst bey irer mt. und allen verstendigen hohen und nidern (wie biss anhere geschehen), nicht konnen oder mögen zu einigem ungutem geraichen. Ob es aber allen menschen oder etzlichen boesshertzigen nicht gefelt, muss Gott bevolen sein, und man khann, wie dein selbst sprichwort ist, nicht eines jderen mundt in der welth regiren, oder dieselben yhn allen orten untherpauen. Dan solst du mit unseren sachen wider ko.mt. handeln, so wolt jhe dorauss volgen, das wir und die unsern auch all unser thun wider ko.mt. sein musten, das doch Goth gar auf vil bessere wege gericht und auch also erhalten wirt. Dessgleichen koenten wir nicht anderst achten, dieweyl woe man dich uns zu einem diener nicht gern goennen wolt, das man durch niemandts yhn unser und unserer landt und leuth obligendt gedienet sehe. Nun hast du und einjder verstendiger bey sich zu ermessen, das unsere bothen, die wir schicken, den zutritt bey ko.mt. nicht haben, sonder unser handel mussen jde durch diejenigen, die sie leiden möegen, kommen und angetragen werden etc. Das wir dich auch ferner in dieser oder anderer sachen, so sie weiter einreissen, deynem begeren nach verschonen wolten, hast du als der erfarne zu bedencken, das wir dir disfals nicht wol wilfaren möegen. Dann wir uns nicht mit einem jderen yhn also hohes vertrawen, wie mit dir, den wir von jugent auf geliept, trew und fur gantz guth marggrefisch erkandt angesehen, die geschwindigkeit dieser itzigen welt, die du selbst wol kenst, einlassen koennen, genediger zuversicht, du werdest dich unseres dinst nicht beschweren oder unsere missgönner auch einigen stern ahm hymel dovon abwenden lassen, sonder so gern in denselben sein, auch dorin furdern und rathen, als wir dich darin wissen. Dann ob wir dir wol vor der zeit nicht sondere hohe begnadigung gethan, oder furderlich erscheinen haben khonnen, ist doch das wenig mit gutem willen und hertzen beschehen. Sein auch noch ferner mit allen genaden gewogen uns gegen dir unserem verheischen nach genediglich zu erzeigen.

Wes anlangt dess Kosskenn dinst und deynen trewen rathe, thun wir uns gegen dir in gnaden bedancken und möegen dir in warheit wol schreiben, das wir zum Kosskenn keine ungenad, der wir uns zu erinderen wissen, tragen; er wuste dan bei ime etwas, darauss er sich ungenad befharet, dan unser gemut one rhumb ist dohin gericht, das wir vormittelst gottlicher hilf nicht alleint den Kosskan so in einem hohen standt und bey ko.mt. angenome, sonder auch alle underthan ko.mt. ir ziemblichen uns gern zugethan wissen wolten. Es wirt uns auch der Kosskenn nicht beschuldigen khonnen, noch mussen, das wir ime einige ungenad erzeiget. Derhalben wissen wir deinen rathe nicht ausszuschlagen, woe der Kosstkenn, deynem rhumen und schreiben nach, uns zu unguthem,

wie wir nicht hoffen wollen, keyn ursach gibt, das wir auch unverschuldt ime ader jmants ungewogen zu sein nicht befunden wollen werden, sonder nach befindung seyner dinst uns dagegen allergenedigen gepur zu beweysen geneigt. Diss haben wir dir auf solch dein schreyben yhn genaden hinwider vermelden wollen etc.

Auss deinem anderen[g] schreiben one datum, belangend die irrung zwuschen den ampten Georgenburgk und Rangneth, haben wir des amptmans von Georgenburgk[1] clage an ko.mt. zu Polann etc., unsere gnedigsten frawen und muhmen[2], gestelt, angehort und wol verstanden, und ist uns yhn dieser sachen ahm allerhochsten zuwider, das ko.mt. hochgenandt durch ires amptmans ungrundtlichen bericht zu einigem beschwert gemuth und scharfen worten geursacht, dan, weyss Gott, wir irer mten fur solch gantz gern verschonet wolten wissen. Vil minder ist unser gemuth durch unsere amptleuthe des uben zu lassen, wes irer mt. beschwerlich ader verdrisslichen sein möcht. Dann wir wissen, das ire mt., als die hochverstendige konigin, one das mit wichtigern hendeln beladen, das man dieselb pillig mit solchen geringen verschoenet. Wolten auch gar ungern darzu ursach geben, das ire mt. gedrungen ire underthanen gegen uns, der doch keynes unrechten begert, zu schutzen. Hoffen auch, ir mt., als die hochweyse konigin, werde zu andern wegen hulflich sein, dardurch diese sachen nach der pilligkeyt und gleicheit vermöge eines jderen gerechtigkeyt und gutten[h] beweiss, hin— und beygelegt.

Wir haben auch von stundt ahn nach ankunft deyner schrift unserm amptman zu Rangneth geschrieben und ime doneben des amptmans von Georgenburg clage zugeschicket, seine richtige, bestendige und grundtliche antwort, die er auch weiss und whar zu machen west, dorauf begert. Wes nun sein antwort und auch beschwerung von wegen ampts ist, hast du auss beygelegten eynes briefs und schrifts copien zu ersehen. Wie sich aber unsers amptmans zu Rangneth bericht gegen des von Georgenburcks milder clage vergleicht, hast du, als der verstendige, zu befinden. Ist hierumb unser begern, du wollest gantz vleissig ko.mt. solcher[i] antwort berichten mit bit, ire mt.[j] wolt irem amptman bevelich lassen, das er von solchen frevenlichen mutwillen und einfallen, dardurch der gemeyne laidtfride zerrutet, abstehen wolt, uns, auch die unsern, vermöge der vertrege, in welch, so wenig Lithauenn, darzu wir gerechtigkeyt, als Preussen ausgezogen, volgen lassen, tröstlicher zuvorsicht ire mt. werden sich dissfals also gegen uns, wie dieselb gegen ire mten einzunemen begert, koniglich, genediglich und freuntlich erzaigen und halten. Doneben, dieweyl dan die notturft beder ampt erfordert, auch unsers erachtens nichts nutzlichers in dieser sachen were, weder das diese geprechen genugsam besichtiget, zuvor aber die grenitzen, dorumb wir viel jhar here gar vleissigk angehalten, gezogen, so koenten diese geprechen nichts mynder die auch zu Coadiuten, dovon dein schreiben melden thut, beygeleget und geortert werden etc. Nachdem aber ko.mt. vermöge deyner schriften Coadiuten halben auch gegen dir gedacht und befunden, das ire mt. leiden mocht, das die sachen ein andere gestalt gewunnen, welchs wir dan vor langer zeit gern gesehen, so ist demnach an dich unser g. begeren, du woldest von unsertwegen mit allem trewen vleiss bey ko.mt. aufs hochste und dinstlich anhalten, auch bithen, das ire mt. wolten bey ko.mt., irem herren und gemahel, unserem geliebten herrn und fruntlichen, lieben ohemen, anhalten und verfurderen helfen, domit die grenitzen ins erste imer möglichen mochten vorgenomen und inhalts eines jden gerechtigkeyt

brief und sigel gezogen, becreftiget und vernewert. Dardurch koennen alle diese obgemelte irrunge und ander, so sich der orth an den grenitzen erhalten, abgeschnieten und zu ruhe gepracht werden. Hierinne wurde ire ko.mt. ein christlich, rhumblich und loblich werck thun, welchs zu lieb, frid und einigkeyt zwuschen beiderseyts landen dienen und irer mt. one sonder lob darauss ervolgen, das durch irer mt. furdernus und hoher koniglichen vleiss diese alte und langwirige irrung zu ruhe und gutter einigkeyt geprocht. Das aber ire mt., desgleichen wir, keyn nutzung von den irrigen ortten zu Coadiuten[k]) erlangt, sonder allaint die paurn gericht werden, hoffen wir, das uns derhalben die schult nicht kann beygemessen werden, dan wir uns etzlich mall erpotten, so es irer mt. gefiele, die zinser jerlichen von den irrigen orttern einzumanen und ahn gewisse[l]) unvordechtige orth zu legen und zu sequestriren; es hat aber mt. sich ein solchs nicht gefallen lassen. Damit aber einmal alle sachen möchten beygelegt und abgethan werden, wissen wir keinen bequemeren oder richtigern wege, dan wie oben gemelt, abermals genediglich synnende, du wollest bey allen ko.mt.[en] aufs underthenigst, und bey den stenden, welche diese sachen deines versahens zu furdern macht haben, gantz freuntlich und vleissig von unsertwegen anhalten, uff das die irrigen grenitzen, dorumb wir oftmals angesucht, gezogen, beigelegt und entlich entscheiden werden möchten. In dem allem thust du uns zu sonderm dancknemenden gefallen in genaden widerumb zu erkhennen. Datum Konigsperg, ut supra.

Cedula

Auch dieweyl uns der edel unser rathe und lieber getrewer Jobst Ludwigk Ditz von Wola, ko.mt. zu Polann etc. secretarius, gleichfals wie du vonwegen Kostkenn etc. in kurtz geschrieben und seyne lindigkeyt auch dinsterpitung gerumb, und wir uns in unserer darauf gegebener antwort auf dich, seintemal die koniglichen bothen vast sehr geeylet und nicht warten referiren und inen dieselben zu ersehen begeren, demnach wollest ime hierin, wes wir[m]) derhalben an dich uberschicket, nichts verhalten, sonder alles mittheylen und alsdan semptlich, wie unser genedige zuvorsicht zu euch stehet, unser bestes yhn dem und allem anderen helfen furderen, doneben uns (nachdem wir vermercken, das man teglichen einer tapferen botschaft von ko.mt. zu Hungerenn[3]) gewertigk ist), wes derselben werbung bey ko.mt. zu Polan etc. gewesen, auch zuvorn bey romischer koniglicher mt. aussgericht und letzlichen fur abfertung von koniglicher polnischer mt. erlangt, sovil dir zimblich, sampt wes weiter des turkischen fridens halben ervolget, welcher gestalt derselbige aufgericht und wie lang, durch dein schreiben berichten. Zudem verstehen wir auss unsers amptmans von Rangneth schreyben, wie sich der amptsvorweser zu Georgenburgk yn seiner gegebenen antwort, belangende die entlaufene paueren, vernemen hat lassen, das er von ko.mt. diesen bevelich habe, welche pauern preussischer getzunge und auss dieser jegentheyt entlaufen, solt er auf erfordernus lass und aussgeben. Was aber lithauischer getzunge, dieweyl es frey leuth weren und ire elteren in jener zeit frey hereinzulaufen und zu ziehen macht gehapt, solt derselbigen keynen aussgeben. Dan sie weren freywillig yhn Preussen gelaufen, solten auch widerumb frey macht haben dorthin zu laufen etc. Nun koennen wir solchem, das es hochgenenter ko.mt. bevelich und meynung sein solte, mitnichten beyfhal oder glauben geben, dann es wider zwuschen beyderseyts landen aufgerichte, verbriefte, versigelte und volzogene vertrege were, und solt es dermassen gehalten, wurd es von beden theylen vil[m]) zancks und widerwillens

geperen, angesehen das dan alhie yhn Preussen, sowol Lithauen, als yhm grossfurstenthumb, wurden auch niemandts von Litthauenn auss Preussen volgen lassen. Versehen uns aber, ko.mt. werde solchs in anmerckung und kraff der vertrege nicht bevelen oder gestatten. Doch wollest solchs mit gutther geschicligkeyt irer ko.mt. anzaigen anzuhoren, wes derselben disfals gemutsmeynung. Datum, ut literis.

Cedula

Nachdem du auch woe oder wuehin der junge Ruscheitzky, ritter Hanns genandt, khommen sein möcht, zu wissen begerst, als wollen wir dir genediger meynung nicht bergen, das uns unser jegermeister, der ein zeitlang in Dennemarckenn gewesen, angezeigt, wie ime gesagt sey wurden, das berurter Ruscheitzki eigentlich mit tode abgangen sein solle; waran aber, an welchem orth solchs beschehen, hat er uns keynen bericht thun khonnen. Welches wir dir, dermassen es an uns gelangt, genediglich haben mittheylen wollen begerende, du wollest beyligenden brief herren Iheronymo Lassky zufellig ubersenden, doch das er ime gewisslichen und sonst niemandts zu handen khomme. Daran thust du uns zu gefallen ihn genaden hinwider zu beschulden. Datum, ut literis.

Commissio Principis
propria.
Secretarius.

a) *sequitur expunctum*: sampt.
b) *sequitur expunctum*: achten.
c) *in ms.*: köemen.
d) - e) *in margine pro expuncto in textu*: zu theylen.
f) *supra lineam pro expuncto*: ergste.
g) *linea subductum sexpunctum?*).
h) *in margine.*
i) - j) *in margine.*
k) *in margine.*
l) *sequitur expunctum*: orth.
m) *supra lineam.*
1) *Ioannes Kuncewicz.*
2) *Bona.*
3) *Ioannes Zápolya.*

N. 1670.

E Regio Monte, 14.VIII.1539.

Albertus dux in Prussia
Iosto Ludovico Decio
de puero suo invito diutius in aula retento; de litteris ad emptionem cuppri pertinentibus; de facinore in oppido Marienwerder patrato.

(Schedula: rogat, ut descriptionem coronationis regis Poloniae iunioris, a Christophoro Szydłowiecki olim exaratam, sibi mittendam curet).

Cfr. El. XLVIII, N. 323.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 364v-366v.

An Jobstenn Ludwigen, den 14 Augusti.
Betreffende den brief auf die hundert centzner kupfer. Item belangende marienwerderische handelung etc.
Unseren gönstigen grus und genedigen willen zuvorn.
Edler, lieber, getrewer.

Wir haben auss eweren schreyben, datirt Crackaw den 20 Julii gegenwertigs jhars, erstlichen, das unser jung Joachim ein zeitlang wider seinen willen und auss etzlichen bedencklichen ursachen ihn eweren schriften namhaftigk aussgedrucket stelle gelegen, mit angehefter bitth den verzugk ihn gnaden aufnemen, dan es one sein schuldt hergeflossen. Doneben, das ir den brief auf die hundert centner kupfer, den von fer-

ligkeit wegen der landt zu geprauchen behalten, auch wie sich der edle und erenvheste unser besonder lieber Stanislaus Kosska von Stangenbergk, ko.mt. der landt Preussenn schatzmeister etc., sich yhn anbringung des handels, so sich zwuschen unserem diener und ime zu Marienwerder zugetragen, gantz gepurlich gehalten, sampt fernerem seynem inhalt verstanden etc.

Wes nun fur das erste die verzogerung unsers knaben anlangt, mussen wir seines werts beruehen lassen; villeicht sein die herrn cantzler uff dasselbig mal mit also wichtigen hendelen beladen gewesen, darab sie ahn dieser abfertigung behindert worden. Das yr euch aber desselben unsers knaben angenommen und gefertigk geschafft, thun wir uns ihn genaden bedancken. Der knab soll auch auf diss ewer schreyben seynes langen aussenpleyben entschuldigt seyn.

Den brief auf die hundert centner kupfer habt yr bey euch zu behalten und zu dem, warumb er ausspracht, zu geprauchen gutthe macht.

Wes weiter anlangt die marienwerdische handlung, darin hat uns der erbar und erenvheste unser rathe und auch lieber, getrewer Nichkell Nipschitz von Bartzsch etc. allerley bericht gethan, auch doneben wie durch euch beschicht vermeldet, das ko.mt. zu Palan etc. unser person der sachen halben entschuldiget wissen und das der Kosska in seynem bericht (wie er auch anzaiget) ganz glimpflich gegangen und sich gepurlich gehalten, uns auch gleichsfals[a]), wie ir gerathen, wir wolten uns gegen dem Kosskenn mit genaden und gönsten, als gegen euer person, die bey allen ko.mt. angenem, erzeigen. Nun konnen wir uns nicht anderst erinderen, hofen auch, der Kosskenn wirdt uns keynes andern zu beschuldigen wissen, wenn das wir uns gegen ime aller genedigen gepur beweist, auch ime nichts ungenedigs von uns begegnet, wie wir auch hinfuran. Wir wurden dan darzu verursacht keynes andern gesindt, dan wir uns jhe gern inen, als ein verhaltende person, und viel andere mehr ihn zymlichen gern zugethan wissen wolten. Und wiewol wir uns herwiderumb zu ime und anderen nicht boeses versehen, so wissen wir euch doch genediger meynung nicht zu vorhalten, das uns kurtz verruckten tagk von hochgedachter ko.mt. hoff zwee scharfe brief mit koniglicher handt undterschrieben, einer der marienwerdischen handlung, den andern Hannsen Golinssky halben, bey konigin cemmerern zukhommen. Welcher konigin brief copien, auch unser darauf gegebene antwort, wir berurtem unserm diener, Nickelnn Nipschitzenn, ubersendet, genediglich begerende, ir wollet unbeschwert sein, euch derselben zu ersehen. Dan wir khonnen uns nicht genugsam verwundern, das sich ko.mt. dise schriften ahn uns zu thun, ehe und zuvorn sie unser antwort gehort, hat bewegen lassen. Wir wollen aber ire ko.mt. gantz entschuldiget wissen, auch vorhoffen, das diese beide schreyben auss keynen ungenedigen gemuth gegen uns, sonder auf vleissig fordern unserer missgönner ausspracht, ob uns aber solche dergleichen uns beyzeyten dieses unsers regiments nicht zukkommen, nicht billich beschweren solten. Dieweyl wir verhoffen keyne ursachen dorzu geben, hapt ir, als der verstendige, bey euch zu ermessen. Mussens aber Gotth bevelen, gentzlicher hoffnung, ko.mt. werden auss unserer antwort unser unschuldt und unserer missgönner hertz erkhennen. Wes aber hierneben des Kosskenn dinst und ewer rathe auch guttbeduncken anlanget, thun wir uns in genaden bedancken. Wollen uns auch demnach, wie oben gemelt, aller gepur erzaigen.

Der besserung ko.mt. gesuntheit des leybes sein wir zum allerhochsten dem ewigen Gotth danckbar und doneben von hertzen erfreuhet.

Der wolle s. ko.mt. zu trost der Cron diesen landen, auch gemeyner christenheit also langkwirigk darin erhalten. Und wo s.ko.mt. sich noch dem grossfurstenthumb Lithawenn begeben wurde, wunschen wir derselben ihn irem hin— und widerzuck Gottes segen und alle gelickselige wolfarth, hochlich begerende, das die botschaft von Hungerenn vil frolicher, gutther und fridlicher zeitung einprenge. Und nachdem wir nicht zweifelen, das euch solch des hungerischen bothen einprengen, als dem vertrawten nicht geporgen, so begeren wir, ir wollet uns hievon, auch wes er bey romischer ko.mt.[1] aussgericht und fur abfertigung von ko.mt. zu Polann etc. erlangt, als vil euch ziemblich mittheylens thut. Wunschen domit der loblichen keyserin[2] und uns allen noch diesem zeitlichem die ewige ruhe. Diss haben wir euch, dem wir mit sondern genaden gewogen, yhn der kurtz, dieweyl yr sonst aller hendel gelegenheit von berurtem Nipschitz einzunemen, auf ewer schreyben yhn antwort hinwider vermelden wollen. Datum Konigspergk, ut supra.

Cedula

Dieweyl wir uns auch zu erinneren wissen, das unser geliebter herr und bruder, Christophorus Schidlowitzki, seliger gedechtnus, die crönung junger ko.mt. zu Polann etc., unsers g.h. und fruntlichen, lieben ohems, schickerlich und gantz vleissig mit allen gehaltenen ceremonien und auch thurniren yhn ein ordenung schriftlich gepracht und ime uns dasselbig mitzutheylen bevelhen, aber bissanhere nicht bekhommen, und gleichwol solchs umb allerley bedencken willen gern bey uns haben und wissen wolten, so ist demnach unser genedigs begeren, ir wollet uns zu gefallen solche crönung zuwegeprengen und ins erste ubersenden. Das seindt wir mit besondern gnaden gegen euch zu erkhennen geneigt. Datum, ut supra ihn literis.

Commissio Principis
propria etc.
Secretarius.

a) verbum correctum.

1) *Ferdinandus I.*
2) *Isabella.*

N. 1671.

E Regio Monte, 15 Augusti, 1539.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
indicat se persuasum sibi habere velle, ut illa « insolita... ac plane amara scripta », *in negotio Stanislai Kostka sibi a rege missa, non ex amaro et inclementi regio erga se animo„ sed ex adversariorum suorum* « falsa, iniqua et sinistra odioque conflata instructione » *orta esse; innocentiam suam et episcopi Pomesaniensis in eis, quae in oppido Insula Mariana evenerunt, profitetur casumque totum enarrat ac explicat.*

Cfr. El. XXX, N. 193.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 105-112.

In causa Stanislai Kostka etc.
Serenissime Rex.

Regiae Vestrae Maiestatis literas, 18 Iulii datas, debita reverentia accepi studioseque legi. E quibus sane intellexi Regiam Vestram Maiestatem

principio significare, quam crebras querimonias sustinuerit de multis iniuriis, quas Regiae Maiestatis Vestrae subditi a meis perferre cogerentur. Quin et ad sarciendas easdem omnes conatus regios frustrari, experientia ipsa hactenus compertum habeat. Praecipue autem nunc ea, quae in Marianae Insulae[l)] opidulo contra Regiam Vestram Maiestatem indigne ac minus iuste attentata fuisse perhiberentur, silencio nequaquam praeterire velit, simul indicando modum, quo res controversa ad Regiae Vestrae Maiestatis noticiam devenerit, una cum reliquis Regiae Vestrae Maiestatis literis contentis, ordinaria quarum repeticione Regiam Vestram Maiestatem gravare nolui, superflua ad legendum obtrudendo.

Super qua re Regiae Vestrae Maiestati deditissimo amicoque animo notificare volui, haud parum hinc animum sauciatum esse meum, quod Regia Vestra Maiestas erga me, duplici foedere Regiae Vestrae Maiestati et sanguinis et feudali iure coniunctissimum, insolita huiuscemodi ac plane amara scripta emiserit. Et haec quoque iam primum, quum ego prorsus innocens favorabiliorem multo, quam antea, gratiam mihi promississem[a)]. Sicuti autem Regia Vestra Maiestas nunquam similibus me antea literis gravavit, ita nec ad illas, ut spero, occasionem aut ansam ullam dedi. Persuasum attamen habere mihi volo, ut ea, quae Regia Vestra Maiestas in illa causa egit, haud amare et inclementi ex animo, sed ab adversariorum meorum falsa, iniqua et sinistra odioque conflata instructione manasse. Indubitata enim erga Regiam Vestram Maiestatem mea fiducia mihi hoc firmissime pollicetur, quod si illud negocium, Regiae Vestrae Maiestatis literis ventilatum, aequa tali informatione fuisset propositum, quali schemate peractum constat, uberiorem mei rationem habuisset, cum gratia huiusmodi literas reprimendo, cognovissetque me haud secus in hac causa egisse, quam quae iusticia ac Regiae Vestrae Maiestatis feudale[b)] imperium requirit, perpetuo certe mihi ipsi displicendo dolorem, si eatenus rem perpetrasse repererer, quatenus Regiae Vestrae Maiestati proposita fuerat. Quare plurimum sane me aggravando excruciat, nec unquam putassem Regiam Vestram Maiestatem super simplicem tantum et invalidam informationem, meo nondum audito nec requisito responso, talibus me scriptis impetituram. Quis unquam innocens persistet, si accusasse[c)] sufficiatur? si non sufficit, quare literae, obmissis omnibus consuetis ambiguitatis clausulis, tam vehementes decernuntur?

Nam erga Regiam Vestram Maiestatem, tanquam Dominum ac regium Principatus mei feudatarium et patronum clementissimum, me Dei cum adiutorio in debitae obedientiae limitibus hactenus servavi ita infractum, ut quibusvis regiis literis requisitus, in iusticiae et aequitatis administracione Regiae Vestrae Maiestatis erga subditos semper facilem, alacrem, imo studiosissimum me praeberem, nec in posterum itidem agere detrectabo, quo nemini conquerendi de inaequalitate vera ansa relinquatur. Praeterea neque super generalem et primam illam expostulationem, quasi crebrae querimoniae ad Regiam Vestram Maiestatem deferri deberent super iniuriis, quibus subditi regii lacessiti turbarentur a meis, optimisque Regiae Vestrae Maiestatis votis non inspectis, conatus regios cassari experiretur etc., mihi alicuius rei conscius sum, nec scio Regiam Vestram Maiestatem vel mandatoria vel persuasoria unquam rescripta dedisse, quibus non ad vota, singulis accurate inquisitis, auditis et exactissime perpensis, prout obedientem feudalem Principem et sanguine iunctum amicum decet, paruissem eaque executioni mandassem, quae iusticiae et aequitatis norma requirere videbatur. Sed quia Regia Vestra Maiestas

plurimarum quaerimoniarum, frustra opem nostram implorantium, mentionem facit, nec tamen vel negocia vel personas nominatim exprimere dignatur[d], non potero certum et appositum responsum meum appendere, peto autem accusatorios mihi articulos decerni, simul et accusatorum nomina assignare. Percipiet tandem divini numinis beneficio Regia Vestra Maiestas et certo comperiet, eiusdem Maiestatis scripta me nunquam parvipendisse, sed pocius ea, quae iuris erant, quolibet tempore singulis partibus ex aequo deditissime semper administrasse.

Sed ut tandem et ventilatae illius causae, quo pacto ad me devenerit, quaeque in ea intentaverim, Regia Vestra Maiestas claram et indubitatam informationem habere possit, paucis explicantem graciose sustineat.

Contigit servitorem meum, quem nonnullis pro caballis inferendis ad Dominos amicos meos Germaniam destinaveram, in reditu suo in Insulam Marianam applicare. Illicque diversorium conducens, sperabat se caballos itinere fessos, sic solus (quum nullum hospitum videret) stabulum occupans, commodius curando refocillare. Cumque curatis equis a coena ex arce redisset in hospicium, Generosum sincere nobis dilectum Stanislaum Kostka, Questorum in Prussia etc., suo cum famulitio in diversorio ac equos suos in latere eorum, quos mihi adducebat, reperit. Quae res eundem meum servitorem haud multum gravabat. Sed dum sibi suos retro caballos ad cubandum sternere cogitaret, famulum Domini Koska ei stramina surripere conatum fuisse asserunt. Reluctante vero meo aulico et clamante, ut stramina ab hospite peterent, ille calumniis eum lacessens, ceterisque famulis simul execrantibus, novissime ad arma prosilientes, servitorem meum inter caballos retrocedere ac temerario insultu ad mutuam sui defensionem coegerunt. In qua famulum illum Domini Questoris vulneravit. Accurrere tandem alii, crebris ictibus et punctionibus impetum in eum facientes, satisdationem stipulatam ab eo extorserunt. Super quam fidei promissionem ipsi tandem eum obruere, plagis ad mortem usque sauciantes, pro necato ac plane extincto dereliquerunt. Cum vero huiusmodi rumoris[e] tumultus Reverendum in Christo Patrem, amicum nostrum et fidelem nobis dilectum, Dominum Paulum Pomezaniensem Episcopum[2], nocturna sua[f] e quiete, cui se iam dederat, excitasset, nesciens a quibus vel cum quo sedicio talis oborta fuerat, mox se una cum suis tumultus sedandi gracia accinxit, quo delinquentem partem auctoritate praetoria aequis mediis coerceret vimque ex omni parte prophanam vi ordinaria impediret, illuc se contulit. Ubi dum servitorem meum sauciatum[g] una cum aliis Domini Questoris famulis in diversorio reperit, citra respectum cuiusque partis tam servitorem meum letaliter sauciatum, quam Domini Kosska famulos, debitae fidei dacione obstrictos, suscepit. Nec quemque, sicuti Regiae Vestrae Maiestati delatum erat, in vincula coniecit, nec unquam aliquem detinuit. Nulli autem in praeiudicium vel damnum huiusmodi fidem a partibus exegit, sed quo habita diligenti inquisicione et audientia delinquens mediante iusticia, secundum consuetudinem patriae, huic[h] satisfaceret, in quem peccasse convinceretur. Interim[i] tandem obstrictis utrisque partibus, quum res declarata meam ad cognitionem devenisset, simul quoque et literas accepi a Domino Thesaurario, quibus inter alia summopere ac obsequentissime petivit, ut causam ad tribunal meum suscipere ac fidei constrictionem obligatosque absolvere dignarer, se tunc ad certum ac per me denominatum diem suos iure sistere recepit ac deinceps agere et ferre, quae iuris et aequitatis forent etc.

Assensi facilime[z]), quum tam apud exteros quam nostros irreprehensibili consuetudine observatum sit, ut quaelibet actio facti, cuiuscumque tandem fuerit, in ea, qua admissa deprehenditur iurisdictione, eciam decidatur. Quare et super Domini Koska amica scripta obstrictos liberos esse iussi ac feriam sextam post Bartholomei pro die ad iudicium sistendum partibus denominando, ordinavi ea intentione, quum facti scopus et circumstantiarum causae non ex omni parte liquide patescunt, quo diligenti audientia, studiosa examinatione et inquisicione iuridica clariora redderentur, ne supra aut infra aequilibrium cuiquam metirem, sed perpensa ad unguem causa, iusticia unicuique administraretur. His et similibus spero me neque in Regiam Vestram Maiestatem, nec contra eiusdem Maiestatis subditos deliquisse, sed iusto pocius ordine ad Regiae Vestrae Maiestatis monarchiae integritatem illaesamque feudalis iuris mei, necnon et publicae pacis ac iustitiae conservationem, illis mediis, quibus me subtrahere neutiquam licuit, processisse. Quin et si partes comparere non detrectaverint, iusticiam illis, quemadmodum et reliquis Regiae Vestrae Maiestatis subditis, ac ea, quae ad eius executionem spectant, administrare alacriter pergam.

Cum his nec debeo nec possum silentio praeterire, quo et Regiae Vestrae Maiestati innotescat, cuiusmodi temeritas hanc caussam subsecuta sit. Nam quum die mensis Iunii anni currentis Sawinski, Capitaneus Mirichoviensis, Iohannes, filius Mathei Kostka, cum aliis iisdem cohaerentibus, qui obstrictos attinere feruntur, meo ex oppido Marianae Insulae proficiscentes, nonnulos illic fabros lignarios ac alios ibidem operarios eorum in labore offendentes, quos equorum impetu prosternere, letalibus armis impetere, in fugam agere, plagas infligere ac nonnullos denique vulnerare violenta manu ausint. Repertis novissime et aliis, [qui] publica ac regia sua gradiebantur via, examinare eos ac sciscitare non verentur, essent-ne ipsi quoque Marianae Insulae inquilini necne, quo cum illis, quemadmodum cum aliis, iniquos eorum conatus perficerent.

Hinc licet, Clementissime Rex, temeraria huiusmodi facinora ferre mihi meisque grave cedere videtur, sciremque, quibus remediis reprimere, naturalis etiam mihi aequitas suaderet et admitteret, obmisi tamen et hoc Regiae Maiestatis Vestrae in honorem, manusque in gremio meos servare iussi, haud aliud attentans, nisi quod Magnificis ac Generosis sincere nobis dilectis, Domino Ioanni a Lusian, Palatino Culmensi etc., Domino Georgio a Basen, Palatino Marienburgensi, Domino Georgio Konopatzki, Palatino Pomeraniae, super ea re scripserim, huiusmodi temeritatem, maliciam ac nefariam publicae pacis refractionem indicando, unumquemque eorum privatim sollicitando, ut si quis aut qui ex huiusmodi turbatoribus eorum in praefectura ac dominio ipsis commisso reperirentur, vinculis et carceribus eum vel eos detineri curarent, quo debitum iuris contra eos implorare et impetrare liceret, coram ipsis me requisiturum pollicendo et dare et ferre, quae iusticia decerneret, non abnuerem. A duobus insuper, nempe Domino Palatino Culmensi et Domino Palatino Marienburgensi responsum impetrare nullum licuit. Tercius vero talia respondit, quod haec apud Regiam Vestram Maiestatem requirenda et sollicitanda esse scirem. E quibus sane Regia Vestra Maiestas facile perpendet, quisnam iuris rigorem abhorreat, et quae aequitatis sunt, dare et ferre detrectet.

Qua de re Regiam Vestram Maiestatem perquam deditissime et amicissime rogatam habere volo, quo ea me, tanquam consanguineum et

feudalem Principem, feudali in iure manutenere, regia vetusta insuper gracia paternoque pristino favore (sicuti et mihi haud secus unquam plane persuadeo) complectere[z] dignetur. Nec ex eadem regia clementia quemquam me turbare aut sinistra aliqua delatoria instructione, me inaudito, infirmare paciatur. Illius siquidem fiduciae plenus certusque sum, me hactenus semper illius amiciciae et observantiae, simulque debitae meae obedientiae, cum sub Regiae Vestrae Maiestatis fide, potestate[k] et auctoritate sim[l], continuam curam, respectum et racionem habuisse, qua sub illius Maiestatis auctoritate et potestate singula egi aequilibrio expensa, ne quicquam vel contra Regiam Vestram Maiestatem vel Suae Maiestatis subditos admitterem. Et hoc in posterum quoque perpetuo me observaturum proposui, non dubitans, quin et Regia Vestra Maiestas ea, quae mihi e diverso et sanguinis et regiae clementiae instinctu, tanquam patronus clienti et feudatarius vasallo, graciose communicaverit, ut christianissimus et sapiens Rex, proprio sapientiae motu, citra etiam hanc meam sollicitacionem, ad unguem omnia infracta praestabit observabitque me denique et ab iniqua omni adversariorum molestacione sublevaturum spero. Quare et Regia Vestra Maiestas Dominis Palatinis Brutenicarum provintiarum mandando commendare dignetur, quo erga praedictos temerarios turbatores mihi meisque aequitatis portam aperire et ad ea, quae iuris sunt, opem ferre postulatam non detrectent. Hiis Regiam Vestram Maiestatem etc. Datae e Regio Monte, XV Augusti, anno ut supra.

Commissio Principis propria.
Christianus.

In margine in initio scripti: Ad Regem Poloniae, XV Augusti.

a) *correctum ex*: promissem.
b) *in ms.* feudali.
c) *verbum correctum.*
d) *in ms.* dignetur.
e) *correctum ex*: rumores.
f) *in ms.* nocturno suo.
g) *in ms.* sauciatos.
h) *in ms.* hinc.
i) *correctum ex*: Iterim.
k) - l) *in margine.*
z) *sic in ms.*
1) *polonice: Kwidzyń, germanice: Marienwerder.*
2) *Speratus* (*Spret*).

N. 1672.

E Regio Monte, 28.VIII.1539.

Albertus dux in Prussia
Gregorio Chodkiewicz (Cotkowitz)
litteras eius sibi per N. Konarski (Conarski) *allatas et redditas esse nuntiat et pro animo in se benevolo ex eis spirante gratias agit; equum bonum dono mittit et rogat, ut* « caballum illum » *benevolo animo accipiat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 112-113.

N. 1673.

E Regio Monte, 30.VIII.1539.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
a quibusdam telonearіis regiis delatus, quasi privilegium sibi a rege concessum 2000 boum decennio per ditiones regias sine telonei solutione pellendi (hoc est singulis annis 200) violasset, 1000 (et non 600) boves per triennium traducendo, rogat, ne rex unquam fidem dare velit eis, qui se privilegiis regiis abusum esse calumniantur, et residuum boum numerum, iuxta praefatum privilegium, sibi traducere permittat. (Sub textu: In simili forma mutatis mutandis scriptum est teloneario Posnaniensi [*Stanislao Dziaduski*]).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 113-115.

N. 1674.

E Regio Monte, 4.IX.1539.

Albertus dux in Prussia
capitaneo Bydgostiensi (Brombergensi)
pro subdito suo Balthasare Kikel, cive Veteris Civitatis Regiomontanae, cuius debitor Petrus Kirchner, panni tonsor, civis Bydgostiensis, non persoluta ei debita pecunia, mortuus est, intercedit et rogat, ut ei apud Senatum Bydgostiensem ita adesse velit, quo iustitia indilata ei administretur.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 111-116.

N. 1675.

Rhein, 11.IX.1539.

Albertus dux in Prussia
Nicolao Nibschitz
in negotio pagi Coadiuten innocentiam suam protestatur et de severitate erga se reginae Bonae queritur; rogat, ut negotium regundorum finium regi et reginae semper in memoriam revocet; explicat, quomodo cum operariis ad muniendam arcem Cleipodiensem ex Lithuania conductis res se habuerit.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 366v-369v.

An Nickell Nipschitz, den XI[a)] Septembris.

Belangende das dorf Coadiuten etc., die littauischen grenitzen etc und das arbeytsvolck auss Littauhen noch der Memell zu vergonnen etc.

Unsern genedigen gruss zuvor.

Erbar und erenvhester, lieber, getreuer.

Wir haben dein schreyben, aussgangen zu Crockaw Dinstags vor Bartholomey diss XXXIX jars, empfangen und daraus, wes sich unser genedige und freuntliche, liebe frawe und muhme, die koniginne zu

Polan[1] etc., wider uns, als solten wir nach unsere amptleuth uns der abredung und beschlus, sovil Coadiuten betrifft, nicht gemess halten, ihn somma, das wir oder unsere amptleuthe die paweren und das gemeyne volck von Coadiutenn uber iren willen zu dem baw gegen der Mymel, wie ire ko.mt. derselben amptleuth von Georgenburgk und andern orthen schriftlich zu erkhennen geben, zwingen, dringen und notigen solten etc., beclagen und beschweren thut, sampt vernerem inhalt und deynem wolmeinendem rathe, verstanden und eingenommen. Hierauf khonnen wir dir, als unserem getrewen diener, in gnaden nicht verhalten, das wir, wie du selbst abnemen magst, auch aus unserm nechsten schreyben wol vernommen, uns der vilfeltigen scharfen schrift, die nu jungst an uns gelangen, nicht unbillich zu beschweren, bevorab, dieweyl wir vormittelst gottlicher hulfe alle unsere missgönner und diese angeber myt gutem grunde, das sie ko.mt. in irem angeben und clagen vast vil zu milde bericht, uberweysen wollen. Und hoffen, ob Gott wil, es sol sich in grunde erfinden, das wir dem beschlus und abrede mit ko.mt. gemacht, nie zu entgegen gehandelt, sonder mehr gelieden, dan wir von billigkeyt wegen schuldig. Daneben, so wistu selbst, wievil lange zeit und jar here muntlich und schriftlich ist angehalden worden, damit die grenitzen, wardurch diese irrungen, alle uffgehaben und beygeleget wheren worden, hetten mögen gezogen und vermög brief und sigell besichtiget und aufgericht werden. Was aber wir erlangt und wie weit wirs haben bringen konnen, ist dir unverborgen, noch mussen wir immer schult haben. Aber zum hochsten ist uns lieb, wie wir[b] aus deynem schreyben vermercken, das hochgenante unsere genedige und freutliche liebe frawe, die konigin, bey ko.mt. und den loblichen stenden des grossfurstenthumbs Litthawenn mit ernst daran sein wollen, damit die grenitzen noch diesem kunftigen winther gezogen und vollendet sollen werden. Wen solchs beschee, wurden vil zukunftiger irrung verhuttet, auch irer mt. nicht gering lob, wie yn nechstem unserem schreyben auch vormeldet, darauss entstehen. Hirumb ist unser genedigs synnen und begeren, du wollest von unsertwegen, das solchs, wie biss anhere bescheen, uber vilfeltige vertrostung nicht yhn vergessen gestelt, mit allem vleiss anhalten, erinneren und bitten helfen. Damit du aber, wie diese sache gelegen, grundt und wissenschaft haben magst, so wollen wir dir genediger meynung nicht bergen, nachdem wir, wie dir bewust, dem koniglichen lehen, uns und unserem furstenthumb zu schutz, schirm und besten, ein vheste zur Memel vormittelst gotlicher hulf mit unserem schweren uncosten aufzurichten im werck und arbeyt stehen. Dieweyl wir aber zu solchem vorgenommenem baw nicht genugsame arbeyter bekhommen haben mögen, hat uns hochgenante ko.mt. uff unser anregen mit gnaden zugelassen, wo wir im grossfurstenthumb Litthauenn leuth, die umbs gelt mit[c] guttem willen zu unser arbeyt ziehen, aufbringen konnten, das wir dieselben annemen und ahn obgemelten baw fhuren und brauchen mochten. So uns dann ko.mt. ihm grossfurstenthumb die leuth, welche derselben one mittel zugehorig, dermassen auss gnaden aufzubringen vergunstiget, hetten wir uns keynes weges vorsehen, das einicherley beschwerung darauss gefolgt, das wir die leuth zu Coadiuten, die wir unser zu sein, abwol die guter im arrest stehen, verhoffen mit irem gutem willen zu solcher arbeyt aufbrechten und gebrauchten. Solcher ursachen halben haben wir unserm amptman zur Mymel bevelich auferlegt, das er mit den berurten von Coadiutenn, welche, wie gemelt, zu ko.mt. lehen und diesem unserm furstenthumb gehoren, wir auch an demselbigen niemandts gestendig umb etzliche

personen von inen umbs gelt zu erlangen, handeln solt. Derhalben sie zweintzigk personen zu schicken gewilliget, die do auch zum baw khommen. Es hot aber yr oberster, den sie under inen gehabt, in unserm stedtlein Mymmel ein auflauf, nicht wissen wir, auss was ansthiften, nicht lang noch irer ankhunft gemacht, daruber auch ein burger dasselbest entleibt, also, das sie uns des orts wenig nutz worden, besonder noch geubter misshandlung von der arbeyt entlaufen. Und obwol, wie die koniglichen schriften mitbringen, wie bewilliget, der zinser und anderer geburender phlicht halben gegen denen Coadiutenn stillzustehen, so achten wir uns doch damit nicht verboten zu sein, wann wir etzliche von denselben orthen umbs gelt zu uns bringen möchten, die mit guttem willen an der veste des koniglichen lehens zur Mymell bawen helfen, das wir die anzunemen nicht macht haben solten etc.

Hiraus hastu, als der vorstendige zu schliessen, mit was fug und guttem grunde unsere verfolgere uns bey iren ko.mt.^{en} beclagen und darauf solche schriften, die wir uns nicht unbillich zugemuth, gehen lassen, aussbracht. Mussens doch Gott bevelen. Und ist doneben ahn dich unser genediges synnen und begeren, du wollest bey iren ko.mt.^{en} anhalten und verfurderen, dieselben wolten, wie wir ohne das zu iren mt.^{en} trostlicher und gentzlicher zuvorsicht sein, uns auch ein genedigs ohr offen haben und behalten, unser wolgegrundten entschuldigung glauben beymessen und sovil zimblich und recht, mit genaden dabey erhalten. Das gereicht uns von dir zu sondern genaden, und haben dir solchs uff den schreyben in atwort genediger meynung unvormelt nicht wollen lassen. Datum Rhein, den ut supra.

a) *supra lineam.*
b) *sequitur expunctum*: uns.
c) *sequitur expunctum*: gena.
1) *Bona.*

Cedula

Auch[a)] dieweyl dir unverporgen, wes du uns kurtz verflossener zeit vonwegen und aus bevelich ko.mt. zu Polann etc., unserer genedigen frawen und freuntlichen, lieben muehmen, belangende die irrung zwuschen den ampten Georgenburgk und Rangnith geschrieben, und wir dir hinwiderumb irer ko.mt. unserthalben mit grundt zu berichten und uns sampt unsern amptleuten (wie wir verhoffen, dyr geschehen sey) zu entschuldigen auferlegt, aber hiruber hat sich in nomen des heuptmans zu Georgenburg, wie uns unser amptman zu Rangneth fur warhaftigk zugeschrieben, sein unthernamiest, Rhadenn genandt, one alle verschultnus und wider sein betriglich ansuchen eines mutwilligen frevels und gewalts in unserem ampt Rangneth untherstanden und mit gewoppender handt das grass uff der strittigen wiesen bey nechtlicher weyle und brennenden fackelen oder kyenen abhauen und uber die grenitzen fhuren lassen, als du hiebeyligent auss gedachts unser amptmans zu Rangnith ahn uns beschehener schriften zu ersehen etc. Warauf wir beden alten koniglichen mt.^{en} zu Polan etc. solchen wider die pilligkeyt, vertrege, abrede und beschluss geubten frevel, wie du dan hierin verwarth auch zu vornemen, anzuzaigen und ire ko.mt.^{en} denselben ungestraft nicht zu lassen, mit weyterem anhangk zu biten, hochlichen verursacht worden etc. Nachdem du aber auss vorigen ergangenen hendelen und schriften also viel vermerckt, das wir und die unsern jhe und alwegen ungeacht unsers dogegen

richtigen, bestendigen und gruntlichen berichts beschuldigt und unrecht (welches uns dann gantz beschwerlich) geurtheylt worden, so ist unser genedigs begeren, du wollest auf diese hendel eur vleissigk aufsehen haben und bey beden ko.mt.^{en}, soviel an dir ist, verfurderen helfen, domit solcher mutwill und frevel durch den georgenburgyschen namiestky beschehen, ungestrafet nicht pleybe, desgleichen das weckgeprachte hew widerumb auf die gepurende stelle gefurdt werde, doneben unserer missgönner nochstellen abwenden und das man denselbigen nicht alwegen ires milden und gepogenem dargebens stadtgeben wolle, sonder zuvorn die warheit erfragen und erkhundigen lassen, damit wir nicht stetigs also mit ungrundt angegeben und der misstraw uns und unsern amptleuten allaint zugemessen werden möcht. Dan wir untzweifelich in dem und anderem, so die grenitzen vermöge brief und sigell, auch der billigkeyt gemess geortert. Alsdan, des wir nichts weder pilligs furgenomen und wes wir jder zeit bericht, des dem also jha und nicht anderst befunden werden wellen. Zudem wollest mit allem trewen vleiss bey hoch— und vilgemelten beden konigen mt^{en} von unsertwegen anhalten, auch bithen, domit die irrigen grenitzen ins erste imermöglichen mochten vorgenommen und inhalts ains jderen gerechtigkeit brief und sigell getzogen und vernewert. Dordurch koenten alle diese obengenente irrung und wes auss dem erfolgen mocht, abgeschnieten, vertragen und beyderseyts obrigkeyt sampt den underthanen ruhe gepracht werden etc. Ihn dem allem thust du uns zu sonderem dancknemenden gefallen mit genedigem wolthettigen ertzaigung umb dich hinwider zu beschulden. Und weren dir die antwort des hochgebornen fursten unsers freuntlichen, lieben bruders, herren Georgenn, marggrafen zu Brandenburgk etc. auf unser beschehenes genedigs verschreyben, belangende das pfandtgutt Rebenick etc., deiner bith nach zu uberschicken gantz gewogen, allaint uns ist noch zur zeit nichts, des wir uns dan in ansehung unsers vielfeltigen anregens nicht wenigk verwundern, zukhommen. Sopald aber solchs beschicht, sol es dir unvorhalten pleiben, dan dir mit genaden sint wir geneigt. Datum, ut ihn literis.

Commissio Principis ex
relacione Kunheim.
G. Hack.

a) *in margine*: belangende die irrunge zwuschen den ampten Georgenburgk und Rangnith.

N. 1676.

E Regio Monte, 17.IX.1539.

Albertus dux in Prussia
Nicolao Nibschitz
a consiliariis suis, Georgio a Kunheim et Petro Kobersehe, se accepisse significat de eius proposito ad se adventu; colloquio cum Gedanensibus de negotio limitum ad finem deducto, se in Fischhausen profecturum esse et ibi adventum eius exspectaturum nuntiat.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 369v-370.

N. 1677.

E Regio Monte, 18.IX.1539.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
pro Gulielmo marchione Brandenburgensi, fratre suo, intercedit et rogat, ut rex apud papam et regem Romanorum instare velit, quo pallium et regalia archiepiscopatus Rigensis fratri suo tradantur.

Cfr. El. XXXVI, N. 611 (annexa).

Ostpr. Fol., vol. 51. ff. 116-117.

Pro Domino Guilhelmo Marchione Brandenburgensi.

Serenissime Rex.

Regiam Vestram Maiestatem in recenti adhuc habere memoria non ambigo, qua regia gratia et benevolentia Regia Vestra Maiestas nepotem suum ex sorore, Reverendissimum et Illustrem Principem, fratrem meum charissimum, Dominum Guilhelmum Coadiutorem Sanctae Rigensis Ecclesiae, Marchionem Brandenburgensem etc., ad administrationem archiepiscopatus Rigensis clementer et amice promoverit, qua et hactenus est usus. Retro actis autem paucis diebus excessit e vivis sanctae et foelicis recordationis Reverendissimus in Christo Pater, amicus meus observandissimus, Dominus Thomas[1] Archiepiscopus Rigensis. Quapropter praefatus meus frater vocatione, voluntate, scitu et assensu Capituli Rigensis, necnon et omnium procerum et nobilium praedicti archiepiscopatus, secundum Sanctissimi Domini Papae confirmationem, possessionem tocius archiepiscopatus pacifice, quiete et nemine reluctante adeptus est, cepitque illius archiepiscopatus curam et regimen (utinam foelici omine et ad salutem et incrementum gloriae Christi, christiani nominis et Illustritatis Suae) in se suscipere.

Cum autem iura postulent, ut infra certum tempus a Romano et Summo Pontifice, ut vocant, pallium archiepiscopale, deinde a Romanorum Caesare aut Rege regalia dicti archiepiscopatus petantur, destinavit frater meus ad Summum Pontificem[2] et Romanum Regem[3] suos oratores, qui praenominata omnia solita et[a] debita cum reverentia et obedientia peterent, postularent et impetrarent. Estque paratus se eum, prout decet obedientem[b] filium et vasallum, exhibere et praestare, ut et Summus Pontifex et Romanorum Rex de sua erga utrumque fide et diligentia non habeant quod querulentur.

Verum ut saepedicti mei fratris oratores eo celeriorem expedicionem apud utrumque obtineant votique compotes (ut spero) reddantur, peto ego suppliciter[c] et subdite, Regia Vestra Maiestas dignetur vel pro regia sua gratia et clementia, vel pro arctae necessitudinis vinculo, qua fratrem meum attingit, literis suis intercessoriis apud Summum Pontificem et Romanorum Regem instare, ut clementer et pallium et regalia fratri meo tradantur. Deinde velit Regia Vestra Maiestas suis orathoribus, legatis, defensoribus et procuratoribus, quos[d] in utriusque curia habet, iniungere et mandare, quo negocia praenominata mei fratris diligenter ubique promoveant et expediant. Quod ubi Regia Vestra Maiestas clementer facere dignabitur, ut futurum mihi persuasum habeo, devincet[e] sibi Regia Vestra Maiestas fratrem meum, me et totam domum Marchionum Brandenburgensium quam maxime. Qui omnes procul dubio

sedulis, studiosissimis et debitis obsequiis, officiis et studiis regiam illam graciam demereri haudquaquam cessabunt etc. Datae e Regio Monte, ut supra.

Commissio Principis propria.
Cancellarius.

In margine in initio scripti: Ad Regem Poloniae, 18 Septembris.

a) *sequitur expunctum*: be.
b) *verbum correctum.*
c) *sequitur expunctum*: suppliciter.
d) *in ms.* quas.
e) *error pro*: devinciet?
1) *Schöning.*
2) *Paulus III.*
3) *Ferdinandus I.*

N. 1678.

E Regio Monte, 18.IX.1539.

Albertus dux in Prussia
Bonae reginae Poloniae
a praefecto Georgenburgensi ad reginam delatus, quod colonos villae Koczyce adhibita vi ad labores constructorios arcis suae Cleipodiensis invitos compulserit, explicat et enarrat, sicut se res revera habuit, et rogat, ne in posterum huiusmodi sinistris in se delationibus fidem praebeat.

(Schedula: de subdito reginae ex praefectura Georgenburgensi, Namiest Rodan nomine, conqueritur).

(Cfr. El. XXX, N. 196).

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 118-123.

De operariis suae[a] villae Koczitzis etc. ad arcem Memelensem conductis.

Serenissima Domina, Affinis dilecta *etc.*

Reginalis Vestrae Maiestatis literas, Cracoviae XVIII Augusti novissime ad me[b] datas, accepimus, quae mihi conquerendo quasi et mecum expostulando Reginalem Vestram Maiestatem intellexisse indicarunt, quo pacto homines villae Koczitzi, apud nos Coadiuten appellitatae[c], aedificatoria ad opera arcis meae Kloipede (quam nos Memeliam vocamus) per me aut meos praefectos cogerentur, gravesque huiusmodi[d] ad labores obeundos inviti etiam compellerentur imperiose etc., quemadmodum et Reginalis Vestrae Maiestatis scripta copiosius declarent. Super qua re, debita reverentia ac favorabili amicicia praemissa, Reginalem Vestram Maiestatem in veritatis patrocinium animi sensa mei celare[e] non volo nec debeo. Miror primum impendioque fere obstupesco, quisnam malus genius, aut quae causae Reginalis Vestrae Maiestatis praefectos ac alios exagitent ac commoveant, ut tocies coram Reginali Vestra Maiestate sauciata veritate, atris eorum delationibus me gravare non vereantur[f], praecipue quum nec hanc (ut proposita est) accusacionem constanti ullo testimonio comprobare poterint perpetuo. Non enim concedo delatoribus

illis, quicumque tandem sint, homines villae Kocziczi invitos constructorios ad labores arcis praedictae per me aut meos unquam compulsos fuisse, merito igitur meae innocentiae racionem habentes, ab invalidis huiusmodi et fictis accusacionibus se continuissent.

Sed ut veritas clarior reddatur, Reginalis Vestra Maiestas me pauca explicaturum clementer sustineat. Reginali Vestrae Maiestati iam dudum innotuisse non dubito, Regiae Maiestatis feudo, Ducatui meo, me prodesse cupientem, subditis meis communem ad defensionem[g] privatum in arce Kloipedo munimentum, gravissimis etiam meis impensis, construere et omnem illic operam impendere sedulo et impigre. Ad quam structuram e Magno Ducatu Lithuaniae[h], Regiae eciam Maiestatis consensu, dietarios quosdam laboratores, qui sponte huiusmodi provintiam subirent, mercede conducere curavi. Non valentes autem tantam inde operariorum copiam nancisci, quantam operis necessitas postulabat, per meum quoque Ducatum, perinde ac in villa[i] Kocziczi, meo Ducatui hactenus adnumerata, praefectos meos cum colonis tractare iussi, quo inde saltem colligerent personas in defectum operatorum sarciendum. Hinc meus praefectus cum colonis villae Kocziczi, aeque ac cum aliis, amice et benigne egit, eorumque pace ac bona voluntate (nequaquam autem imperiosa aliqua violentia, sicuti Reginalem Vestram Maiestatem praefectus a Gorgenberg[l] omnem citra veri candorem sinistre instruxit) impetravit, ut operarios viginti digna mercede conducendos se missuros promitterent. Qui cum adessent et ad labores se accinxissent, eorum superior, quem inter se elegerant, haud longe post eorum adventum sedicionem quandam[j], nescio cuius instinctu, excitavit, in qua civem etiam quendam, proch dolor, occidit. Quo facinore designato reliqui etiam a labore aufugerunt, mercede[k] [non] expectata. Quare parum nobis profuerunt, vellemque eos nunquam, quam tanta incommoda[z], affuisse. Spero hinc Reginalem Vestram Maiestatem, tanquam sapientissimam Reginam, inspecta hac mea vera informatione, haud ullum me violentum imperium usurpasse certo iudicaturam, quemadmodum Reginalis Vestrae Maiestatis literae prae se ferunt, iurisdictionem scilicet in eos me vendicasse insimulantes, in quos nullum mihi ius interim, quo praedicta villa sequestracioni subest, competere deberet etc. Consenserim licet in huiusmodi sequestracionem, a censusque et usufructus perceptione me ad tempus, quo controversia duraverit et finium termini decernantur, merito contineam, proprietatis tamen iura, ad Regiae Maiestatis feudum, Ducatum nostrum, spectancia[l] abdicavi nunquam. Cumque alieno e dominio, ubi prorsus nullum mihi ius opitulatur, ad incepta mea aedificia perficienda operarios conducere mihi licet, quanto magis commodiori hoc loco, citra consensus mei laesionem, itidem attentare phas erit et mihi concessum.

Quare Reginalem Vestram Maiestatem rogo, quatenus improbabili me accusacione delatum suspectum tenuit, eatenus his veris defensionibus excusatum quoque suscipere et habere dignetur Reginalisque Vestrae Maiestatis praefectos admonere, ne deinceps me huiusmodi sinistris accusationibus gravare pergant. Necnon et apud Regiam Maiestatem, dilectum coniugem, Dominum suum ac meum clementissimum, instare gracioseque et amice, ubi oportunum fuerit, negocium promovere reminiscetur, quo (ut saepe petitum est) litigiosa huiusmodi finium terminandorum actio, confirmata iuxta diplomata, optatum aliquando finem consequatur, cum qua et plures alii errores faciliori decisione Dei adiutorio sopirentur.

Hinc Reginalis[m]) Vestra Maiestas perpetuae sibi gloriae monumentum constitueret, dum diuturnam illam ac diu cum utriusque partis dispendio protractam controversiam, Reginalis[n]) Vestrae Maiestatis foelici sub aevo, cura, industria denique et opera adhibita, abolitam, ablatam[o]) et prorsus extinctam praedicarent posteri. Reginalem Vestram Maiestatem optime valere percupio. Datae e Regio Monte, ut supra.

Cedula

Super haec etiam, Serenissima Regina perquam observandissima, absolutis his literis ac signaturam tantum praestolantibus, scriptum est mihi ac a praefecto meo Rangnetensi ordinaria certa intimatione significatum, subditum quendam praefecturae Georgenburgensis, Namiest Rodann nomine, temerarium facinus auctoritate, ni fallor, praefecti designasse. Nam quum is ab eodem praefecto meo foenisecium prati admittere peciisset, quod pratum adhuc in controversia pendet ac super emissi[p]) huius rei gracia scripta Reginalis Vestrae Maiestatis Nobili, Regiae[q]) Maiestatis, [Reginalis Vestrae Maiestatis] consortis, Domini et avunculi mei charissimi, aulico, mihi a consiliis fido dilecto Nicolao Nipschitz a Bartzsch etc., ego commiseram, quo pratensis[r]) huius actionis tociusque negocii statum, una cum sinistra Reginalis Vestrae Maiestatis praefectorum instructione, qua me gravare conati sunt, indicaret dextrumque meum ac meae in hac parte innocentiae defensorem ageret, quem et sese praestasse non ambigo. At quum tale pratum ad Regiae Vestrae[z]) Maiestatis feudum, Ducatum meum, immediate pertinere dinoscitur, praefectus meus peticioni praefatae principio assentire gravabatur. Super quo praedictus Namiest lacius apud eundem meum praefectum institit[s]), quo scilicet ex utraque parte foenisecatoribus aequaliter datis, communi opere foenum defalcaretur[t]) reponereturque in metas super pratum ipsum, futuram decisionem expectando. Cui meus praefectus facile acquievit, memor nimirum severioris mei mandati, praefectis[u]) meis multocies inculcati, ut benevolos sese tractabilesque exhibentes, Reginalis Vestrae Maiestatis Castellanis, Capitaneis et officialibus quibuscumque optimos semper vicinos [se]praestarent, ipsisque in omnibus, ius publicum tantum ac feudalem meam iurisdictionem non violantibus[v]), commodius quo liceret attemperarent. Quare proposita tam aequa condicione, eundem meum Capitaneum haud difficile in sententiam eius protraxit. Sperans igitur obligationem illam mutuam, aperta promissione stipulatam, sicuti et probae fidei viros promissis stare condecet, neutiquam cassari et irritum fieri posse, sequenti die tres e sua praefectura subordinando ad explorandum misit, an res effectum sortiretur necne. Qui redeuntes meo praefecto constanter retulerunt praedictum Namiest, e quinque fere praefecturis aliquod[z]) centum personis collectis, armata manu, tormentis ac bellicis aliis armis illic comparuisse. Necnon et intempesta nocte, facum taedarumque luminis beneficio, foenum resecasse universum, trans terminos quoque meos avexisse affirmarunt.

Ex quibus plus quam temerariis factis Reginalis Vestra Maiestas luce clarius deprehendere poterit, insidiosis quibus fundamentis eiusdem Maiestatis subditi ac praefecti nixi, me meosque accusarunt. Uter utri iniuriosus existat ac quis pociorem denique de iniuria conquerendi ansam haberet, sub quo etiam praetextu quave versipelli intencione saepe nomina-

tus Namiest praefectum meum principio fuerit aggressus, facile patet. Novissent licet mei modum, quo iure naturae etiam temeritati ac violentae manui occurritur et, ut in proverbio est, malum nodum malo cuneo retrudere, Reginali tamen Vestrae Maiestati in honorem, reverentiam et observantiam peculiarem se ab omni talionis vindicta continuerunt, tantummodo mihi denunciantes, Reginali Vestrae Maiestati meritam grassatorum ulcionem reservare voluerunt.

Cumque molesta huiusmodi aggravamina, temerarie mihi illata, praecipue quod et super ea omnia Reginali Vestrae Maiestati semper contraria etiam ac secus, quam res se habent, deferuntur, Reginalis insuper Vestrae Maiestatis feudum, Ducatum meum, indies enervatiorem[w] reddi contractionemque cernere aegre mihi admodum cedat, non quod Reginali Vestrae Maiestati culpam adscriberem ullam, quasi Reginalis Vestra Maiestas favore aut consensu conniveret, sed iniquis pocius delatoribus, quibus nihil optacius esset, quam inter Reginalem Vestram Maiestatem ac me dissensionem ac odiosam quandam simultatem excitarent[x], quo interim impune ipsis grassari liceret. Spero tamen eos voti compotes nunquam futuros. Illis ipsis acceptum fero, hos ordinaria hac denuntiacione accusatos habere volo, Reginalem Vestram Maiestatem deditissime petendo, christianissimam tanquam Reginam ac sanctae pacis studiosissimam cultricem supplex implorando, animadvertere dignetur, ne temerarium huiusmodi facinus, per Georgenburgensem Niemieski designatum, inultum et impunitum maneat. Quin ut et defalcatum quoque foenum ad eum locum reducatur, unde insidiose ac violenter ablatum fuerat, iuris ipsa aequitas postulabit, sicque in his, aeque ac aliis omnibus, compactata solennique stipulatione concordata violari prohibeantur, donec controversia ipsa finium dividundorum aliquando aufferatur. Quod et Reginalem Vestram Maiestatem, antequam huiusmodi licentia in perniciem feudalis tocius Ducatus erumpat, cum omni gracia et clementia facturam plane confido, ac ea, quae publicam pacem mutuumque nostrum foedus concernunt, eatenus observaturam, quatenus et Reginalis Vestra Maiestas a me quoque eidem[y] praestari velit. Haec indefessis deditissimisque meis serviciis semper compensare curabo, clemens ac benignum a Reginali Vestra Maiestate super haec responsum expectando.

In simili forma mutatis mutandis
scriptum est Regi Poloniae etc.
Commissio Principis propria.
Christianus.

In margine in initio scripti: Ad Reginam Poloniae, XVIII Septembris.

a) *in ms.* sive.
b) ad me *supra lineam.*
c) *in ms.* appellitatam.
d) *in ms.* huiusmodo.
e) *correctum ex:* cellare.
f) *in ms.* verentur.
g) *sequitur expunctum:* ad defensio.
h) *sequitur expunctum:* Regiae.
i) *in ms.* illa.
j) *in ms.* quaendam.
k) *in ms.* mercedem.
l) *correctum ex:* spectanciam.
m) *in ms.* Reginalem.
n) *in ms.* Reginalem.
o) *in ms.* oblatam.
p) *sic in ms., error pro:* emissa?
q) *sequitur non expunctum:* Vestrae.
r) *sequitur expunctum:* huius.
s) *in ms.* instetit.
t) *in ms.* defulcaretur.
u) *in ms.* praefectibus.
v) *in ms.* violentibus.
w) *in ms.* enarvatiorem.
x) *in ms.* excitaret.
y) *in ms.* eaedem.
z) *sic in ms.*
1) *Ioannes Kuncewicz.*

N. 1679.

E Regio Monte, 18.IX.1539.

Albertus dux in Prussia
Thomae Sobocki, tribuno Lanciciensi,
mortem archiepiscopi Rigensis [Thomae Schöning] nuntiat et negotium marchionis Gulielmi commendat, ut pro obtinendo pallio et regalibus litterae ad Romanum pontificem et regem Romanorum a rege Poloniae mittantur.

Cfr. El. XXXVI, N. 612.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 370-371.

An Thomassen Sabotzky, 18 Septembris.

Belangende den todtlichen abgang herrn Thomassen, ertzbischof zu Riga etc.

Nachdem durch schickung des almechtigen Gotts der erwirdigisthe in Gott etc. ethwan ertzbischof zu Riga, milder und seliger gedechtnus, von diesem jamerthal yn die ewige und unzurgengliche rhue und freuden kurtz vorschiener tag gefordert und gegangen, derwegen der etc. cum titulo Wilhelm marggraf etc. als ein bestetigter und confirmirter coadiutor des ertzstifts Riga in die fussthaffen s.l. vaters getreten mit willen, belibung und einforderung des gantzen capitels und der erbaren landtschaft bemelten heyligen rigischen kirchen, der regirung sampt allen heuseren des stifts sich undernommen, zu welcher der hochst Gott s.l. gluck, heyl, gedey und christliche regirung geben und vorleyhen wölle, amen. Als ist s.l. nach ublichen rechten und gewonheit von dem etc. romischen konig etc. die regalien, von bebstlicher heylickeyt aber das pallium zu erhalten und zu erlangen vonnoten, zu welcher erhaltung s.l. des etc. Sigismundi, konigs zu Polan, hulf und forderung nicht weniger als zu erster einforderung gegen Eyfflandt und yhn das stift Riga, dorumb dieselb dinstlich und freuntlich danckbar durftig. Ist auch der trostlichen zuvorsicht, s.ko.mt. werde als der blutsvorwanthe, freundt und protector des bemelten ertzstiftes Riga s.l. mit hoher, koniglicher und freuntlicher forderung nit vorlassen, und auss dem gentzlichen vortrawen hat s.l. ahn hochgenante ko.mt. umb forderung und vorschrift bey zaigeren, s.l. secretarien, geschrieben, dobeneben nit unterlassen ahn den hochwirdigen etwan unsern freundt und bruderen, den herrn bischofen von Plotzky, cancellern[1], des sele der Ewige geruhe barmhertzig zu seyn, unwissent das s.l., yhn Gott vorschieden, schreyben lassen von s.l. pittende bey ko.mt., domit die sachen s.l. gefordert worden, freuntliche anhabung. Dergleichen hat s.l. an den etc. Nickell Nipschitz auch mit genaden gesonnen. Dieweyl ehr derselb auss koniglichem bevelich nit am hoff, sunder bey uns ankhommen soll, ahn gemelten sachen aber unsers bruders gutwillige forderung, sollicitation und anhaltung hoch vonnoten, so gelangt ahn euch unser gantz[a] genedig synnen, ir wollet unbeschwert sein, umb unsert— auch unsers bruders willen ko.mt. unsers bruders briefe antworten, genedige und konigliche forderung pitten. Nicht weniger auch bey dem herrn undercanceler[2], dem wir von unsertwegen mit entschuldigung unsers nitschreybens, welchs dy eyl gehindert, zu grussen begeren. Und, so es sunst vonnoten der sachen schleunige entschaft und abfertigung, domit nichts vorseumet, helfen schaffen euch yhn dem nit zu befhilen, seindt wir umb euch neben dem, das es unser bruder, mit genaden ingedenck sein wirt,

genediglich zu vorgleichen urbottig mit genaden synnende, ir wollet unser, ane das, bey allen ko.mt. auch dem gantzen koniglichen hoffgesinde neben erbietung unserer geburlicher dinst und gnaden in besten gedencken. Datum Konigspergk, ut supra.

Commissio Principis propria.
Cantzler.

a) *sequitur expunctum:* sy.

1) *Ioannes Chojeński.*
2) *Samuel Maciejowski.*

N. 1680.

E Regio Monte, 19.IX.1539.

Albertus dux in Prussia
Iosto Ludovico Decio
Marcum (Marx) *Reuental (vel Grawentall, cfr. El. XXXVI, N. 609), Gulielmi marchionis Brandenburgensis, postulati archiepiscopi Rigensis, secretarium, a domino suo in quibusdam gravibus negotiis ad regem missum, commendat et rogat, ut ei apud regem opera sua adsit.*

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 22, ff. 371-371v.

N. 1681.

E Regio Monte, 20.IX.1539.

Albertus dux in Prussia
Severino Boner, castellano Biecensi,
de longo suo in scribendis litteris intervallo et silentio se excusat; rogat, ut negotia Gulielmi marchionis Brandenburgensis, postulati archiepiscopi Rigensis, apud regem aliosque Regni Poloniae proceres promovere studeat.

(Germanice)

Cfr. El. XXXVI, N. 609.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 371v-372v.

N. 1682.

E Regio Monte, 21.IX.1539.

Albertus dux in Prussia
episcopo Cracoviensi [Petro Gamrat]
litteras eius una cum litteris regiis sibi per Nicolaum Nibschitz allatas et redditas esse nuntiat; Marcum Greuental, legatum Gulielmi marchionis Brandenburgensis et « confirmati ad archiepiscopatum Rigensem », *ad regem Poloniae ad certa negotia sollicitanda se conferentem, qui litteras commendatitias, nunc inutiles, ad praedecessorem eius in episcopatu Cracoviensi [Ioannem Chojeński] habet, commendat.*
(Sub textu: Mutatis mutandis scriptum est Paulo de Volia et Samueli Matzioffki).

(Latine)

Cfr. El. XXXVI, N. 602.

Ostpr. Fol., vol. 51, f. 124.

N. 1683.

E Regio Monte, 2.X.1539.

Albertus dux in Prussia
Severino Boner, castellano Biecensi,
per Nicolaum Nibschitz, in aulam regiam redeuntem, eum salutat, bonam valetudinem et felices rerum omnium successus ei a Deo precatur; rogat, ut — sicut hactenus semper fecit — in posterum quoque negotia sua apud regem et proceres promovere pergat.

(Schedula: equum bonum sibi emi petit).

(Germanice)

Cfr. El. XXXVI, N. 615.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 372v-373.

N. 1684.

E Regio Monte, 2.X.1539

Albertus dux in Prussia
Iosto Ludovico Decio
pro litteris gratias agit; litteras regias ad se datas, durioribus verbis scriptas, apud Nicolaum Nibschitz inveniri et perlegi posse nuntiat et rogat, ut omnem moveat lapidem, ne in posterum similes litterae sibi a rege scribantur; de regis iunioris in venationibus in bonis suis Wola promissa commoratione gaudet et gratulatur.

(Germanice)

Cfr. El. XLVIII, N. 324.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 373v-374.

N. 1685.

E Regio Monte, 2.X.1539.

Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarło, vexillifero Sandomiriensi,
pro animo ad serviendum parato gratias agit et negotia sua regi et proceribus commendanda committit; equum pro pecunia ei a Iosto Ludovico Decio persolvenda sibi emi et mitti petit.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 374-374v.

N. 1686.

E Regio Monte, 3.X.1539.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
Nicolaum Nibschitz, in aulam regiam redeuntem, commendat et rogat, ut eum rex clementer audiat et in omnibus, quae nomine suo dicturus est, plenam fidem adhibeat.
(*Sub textu:* Mutatis mutandis Reginae Poloniae [Bonae]).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, f. 125.

N. 1687.

E Regio Monte, 3.X.1539.

Albertus dux in Prussia
Bonae reginae Poloniae
pro litteris et salutatione per Nicolaum Nibschitz sibi missa gratias agit et rogat, ut eidem Nibschitz nomine suo loquenti fidem adhibere velit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 129-130.

N. 1688.

E Regio Monte, 3.X.1539.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori
pro salutatione per Nicolaum Nibschitz sibi significata gratias agit, ipse eum salutat et rogat, ut eidem Nibschitz in omnibus fidem praestet.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, f. 130.

N. 1689.

E Regio Monte, 3.X.1539.

Albertus dux in Prussia
episcopo Cracoviensi [Petro Gamrat]
litteras eius, Cracoviae 5.IX. datas, sibi per Nicolaum Nibschitz redditas esse eundemque Nibschitz in negotiis, in quibus a rege ad se missus erat, ex sententia regis expeditum esse nuntiat; sperat eum iura et privilegia sua coram rege defensurum esse.

(Latine)

Cfr. El. XXXVI, N. 602.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 125-126.

N. 1690.

E Regio Monte, 3.X.1539.

Albertus dux in Prussia
Paulo Wolski, R.P. cancellario,
pro negotiorum suorum, praesertim in causa Stanislai Kostka, apud regem promotione gratias agit; rogat, ut etiam in posterum eorundem negotiorum suorum apud regem et ordines Regni memor sit.

Cfr. El. XXXVI, N. 601.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 127-128.

Officiosae literae.
Magnifice ac Generose etc.
Generosus ac Nobilis Nicolaus Nipschitz, Sacrae Regiae Maiestatis, Domini et avunculi nostri clementissimi, aulicus, consiliarius noster et

Capitaneus Butznieviensis, obtulit nobis literas Magnificentiae Vestrae, quae nobis multis nominibus fuerunt acceptissimae, tum quod prosperam valetudinem Magnificentiae Vestrae, qua nobis nihil gratius significari potest, ex iis perceperamus[a], tum quod animum gratum, amicum et officiosum prae se ferebant. Porro cum eadem nobis magno verborum ornatu gratias agit, quod Magnificentiam Vestram albo nostrorum amicorum adnotaverimus, suscepit Magnificentia Vestra plane rem non necessariam. Nam arctissima illa familiaritas et amicitia, quae inter piae memoriae amicum et fratrem nostrum, Dominum Christophorum a Schidlowitz etc., Dominum et amicum Magnificentiae Vestrae, et nos intercessit, deinde etiam officia Magnificentiae Vestrae haec et multo maiora desiderant[b]. Quibus omnibus nostra tenuitas ferre aegre potest. Verum quae hac in parte praefata de causa obmittuntur, animo amico compensari curabimus.

Quod nostra negotia apud Sacram Regiam Maiestatem Magnificentia Vestra in aulam a negotiis regiis rediens promoverit, agimus gratias, minime addubitantes eandem, ubi imposterum opera Magnificentiae Vestrae apud Serenissimos Reges nobis usus erit, quod perquam saepissime fieri potest, omnia, quae ad honorem et commodum nostrum promovendum fecerit, facturam adhibituramque. Quemadmodum nullo modo diffido Magnificentiam Vestram in negotio Domini Costka fecisse. In quo an sine causa subduriuscule Regiae Maiestatis scripta tulerimus, Magnificentia Vestra apud se facile expendere potest. Nam quis aequo animo ferre posset malevolorum iniquis delationibus clementem animum regium, nobis necessitudinis vinculo addictissimum, ut et iura et privilegia nostra ea de causa irritarentur, alienari? Verum cum Nicolaus Nipschitz nos aliud, quam dictabant literae regiae, doceret animumque regium minime mutatum adseveraret, acquievimus facile et composuimus (nisi fallimur) ita totum negotium, ut Regia Maiestas et ceteri status et ordines Regni Poloniae intelligant, nos nihil non Suae Maiestatis Regiae, statuum ac ordinum nomine subituros esse. Amice petentes, Magnificentia Vestra velit tam apud Regiam Maiestatem, quam ordines et status Regni ita nostri nostrorumque negotiorum memor esse, ut intelligamus regiam clementiam potius augeri quam minui, nostraque iura et privilegia perpetuo illaesa conservari. Nos dabimus operam, ne unquam aliquid a nobis committatur, quod animum regium ad diversa iure commovere debeat aut queat. Postremo postulamus a Magnificentia Vestra, si qua nova nobis communicanda putaverit, ea haud gravatim nobis perscribere dignetur. Hiis Magnificentiae Vestrae, quam sanam, salvam et incolumem esse ex animo desideramus, nostra amica officia commendamus. Datae e Regio Monte, ut supra.

Commissio Principis propria.
Cancellarius.

In initio epistolae in margine: Domino Paulo Vola, III Octobris.

a) *in ms.* perceperemus.
b) *in ms.* desirant.

N. 1691.

E Regio Monte, 3.X.1539.

Albertus dux in Prussia
episcopo Camenecensi [Ioanni Wilamowski]
certior factus eum « ad munus episcopale dioecesis Camenecensis nominatum, vocatum et electum », *gaudet et gratulatur; amicitiam et familiaritatem, quae sibi cum praedecessoribus eius intercedebat, ei quoque offert.*
(Sub textu: Mutatis mutandis scriptum est Episcopo Posnaniensi [Sebastiano Branicki], Episcopo Premisliensi [*Stanislao Tarło*]*).*

(Latine)

Cfr. El. XXXVI, N. 619 (epistola Stanislai Tarło).

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 128-129.

N. 1692.

E Regio Monte, 3.X.1539.

Albertus dux in Prussia
Samueli Maciejowski, episcopo Chelmensi, R.P. vicecancellario,
ob eius « ad maius honoris fastigium » *(episcopatum Chelmensem et vicecancellariatum) evectione gaudet et gratulatur; duriorum regis ad se datarum litterarum iterum mentionem facit, sperat tamen regem in posterum malevolis et falsis delationibus,inaudita prius defensione sua, nullam fidem adhibiturum esse.*

Cfr. El. XXXVI. N. 603.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 131-132.

Familiares litterae.

Literas Reverendae Vestrae Paternitatis reddidit nobis Generosus ac Nobilis Nicolaus Nibschitz, aulicus Sacrae Regiae Maiestatis, Domini et avunculi nostri clementissimi. Ex quibus primum omnium intelleximus Reverendam Vestram Paternitatem ad maius honoris fastigium divina praedestinatione et voluntate Sacrae Regiae Maiestatis accessisse. Haec dignitas ut ad laudem et gloriam Christi, aedificationem Ecclesiae ipsius et honorem Reverendae Vestrae Paternitatis cedat, Deum Optimum Maximum obsecramus. Is dignetur Reverendam Vestram Paternitatem, tanquam bene meritum de Sacra Regia Maiestate et amplissimo Regno Poloniae, ad maiora clementer evehere. Ad quod si nostra opera prodesse possemus, profecto pro nostro in Reverendam Vestram Paternitatem studio nihil esset, quod subire dubitaremus.

Deinde percepimus ex literis Reverendae Vestrae Paternitatis eandem a praefato Nipschitz accepisse, nos scripta illa solito duriora, a Sacra Regia Maiestate ad nos transmissa, graviter tulisse et Reverendam Vestram Paternitatem affinem esse culpae indicasse. Verum Dominus Nipschitz esset nobis summam negotii, quandoquidem omnia literis tuto committi

non possint, explicaturus etc. Equidem inficias ire non possumus a Regia Maiestate nos hactenus nullas adeo duras et commoto animo regio scriptas literas accepisse. Proinde non iniuria, cum extra noxiam essemus, eo quo decuit animo easdem accepimus et nostram innocentiam Sacrae Regiae Maiestati enodavimus. Nam quis sanae mentis aliud ex literis iudicare potuit, quam regium animum penitus a gratia solita et consueta erga nos plane alienissimum esse? Verum cum ex legatione et oratione Domini Nipschitz rem aliter se habere edocti simus, acquiescendum esse duximus, firmiter sperantes Sacram Regiam Maiestatem imposterum malevolis illis et falsis delationibus inaudita causa nequaquam fidem adhibituram, aut etiam quid faciundum siet, indicaturam. In hoc negotio autem Reverendam Vestram Paternitatem facile excusatam habemus, siquidem iussa maiorum capitum capessere fas est.

Porro Reverendam Vestram Paternitatem amice rogatam cupimus, ea dignetur vel iustitiae vel nostri etiam causa tantum apud Sacram Regiam Maiestatem intercedere, ut si in posterum eiuscemodi querimoniae ad eandem delatae fuerint, Sacra Regia Maiestas inaudita nostra defensione nihil statuere velit, sed quemadmodum antea scripsimus, audito utriusque partis iure, tandem quid faciundum siet, diiudicare. Deinde etiam apud omnes Regias Maiestates tantum efficere, ne inveterata[a] et vetus illa necessitudo, gratia et clementia facile aut temere labefactetur. Nam volente Deo ita nos gesturi sumus, ne unquam satis digna occasio irascendi Regiis Maiestatibus tribuatur.

Postremo quod Reverenda Vestra Paternitas in nostris negotiis se alacrem et diligentem amicum offert, accipimus grato et animo amico, neque aliud unquam nobis de Reverenda Vestra Paternitate persuadebimus. Vicissim dabitur a nobis opera quam maxima, ut Reverenda Vestra Paternitas nos in omnibus tanquam amicum syncerum et candidum habeat et inveniat. Datae e Regio Monte, ut supra.

Commissio Principis propria.
Cancellarius.

In initio epistolae in margine: Ad Samuelem Matziesski, III Octobris.

a) *in ms.* inveta

N. 1693.

E Regio Monte, 3.X.1539.

Albertus dux in Prussia
Andreae a Górka, castellano Posnaniensi,
pro nobili Gregorio Franck, qui retroactis annis « nobilem olim Christophorum Nackel [*Christophorum Danaborski, capitaneum Naclensem*] hic in aula nostra fortuito quodam casu atque cum neuter id vellet et cuperet, inter se mutuo exercendi gratia non gladiis, sed parvulo quodam baculo pugilantes aut dimicantes, in multorum praesentia... interemit », *intercedit et Nicolaum Nibschitz in hac re ad eum mittit, cui plenam fidem adhiberi petit.*

(Sub textu: Mutatis mutandis ad Episcopum Wladislaviensem [*Lucam a Górka*]*).*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 132-133.

N. 1694.

E Regio Monte, 3.X.1539.

Albertus dux in Prussia
Spytconi (Spytek) Tarnowski, R.P. thesaurario,
pro salutatione sibi per Nicolaum Nibschitz allata, pro diligentia in promovendis negotiis suis adhibita et pro eo, « quod se haudquaquam difficilem in numerando nostro anniversario solario, priusquam etiam tempus praestandae solutionis adventet, exhibeat », *gratias agit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 133-134.

N. 1695.

E Regio Monte, 3.X.1539.

Albertus dux in Prussia
Petro Opaliński, curiae regiae magistro,
pro salutatione per Nicolaum Nibschitz sibi allata gratias agit; servitia offert.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, f. 134.

N. 1696.

E Regio Monte, 3.X.1539.

Albertus dux in Prussia
Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi,
excusat se, quod in praecedentibus litteris suis erroneos et parum congruentes titulos ei tribuit; rogat, ut etiam in posterum negotia sua apud regem promoveat eaque sibi commendata habeat; explicat rationes, ob quas ad litteras eius, 12.V. datas, tam diu non respondit.

Cfr. El. XXXVI, NN. 595, 613.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 135-137.

Excusatoriae litterae etc.
Privatim Dilecte Frater et Amice.
Venimus in experientiam, ex quo Vestrae Illustritati scripsimus, proprium ac dignum ipsius titulum erroneum, nec eo modo, ut deceret, appositum fuisse. E qua re dilectio, favor et amicicia, quam inter nos semper coalescere et nunquam intercidere desyderamus, nonnihil fortasse laesa fuerat. Quod tamen data opera amico iugiter animo omnino vitare curavimus, nec nostra intencio unquam fuit, sed tantum ex frequenter mutata Vestrae Illustritatis sublimitate, etiam novi gramantei[a)] et Cancellariae addicti illius mutacionis non semper certitudinem tenent, hinc

error ille emanavit et contigit. Quumque nos antea perpetuo, etiam modo ad Vestrae Illustritatis amorem et amicitiam conservandam, necnon et illius honorem, gloriam, splendorem et foelicem successum promovendum, dilatandum et ampliandum magisque deiiciendum propensi fuerimus, volumus et his quoque benigne solicitatam et amice rogatam habere Vestram Illustritatem, eadem velit haec, si quid peccatum est ea parte, haud secus, quam ut praemissum est, interpretari nosterque frater et optimus amicus esse et persistere immobiliter. Nostra denique negocia apud Regias Maiestates omnes et singulas, Dominos et Dominas nostras clementissimas, fida diligentia, tanquam sublime Regni Poloniae membrum, promovere commendataque habere dignetur, de quo non diffidimus, simul et amicis literulis nonnunquam novisque emergentibus rebus nos invisere. Quod et nos diverso acturos recipimus.

Quod autem Vestrae Illustritati super novissima ad nos scripta fraterna et amica, XII Maii hoc anno Oszyeki nobis missa, tamdiu non respondimus, ex supradictis causis quoque intermissum est. Accepimus nihilominus et Vestrae Illustritatis plane fraterna et plus quam amica animi sensa ex illis, de quibus multis modis gratiam habemus. Cum Vestra Illustritas simul inter caetera amice indicavit sibi consultum videri, nos Regiae Maiestati Poloniae etc., Domino et avunculo nostro clementissimo, negociorum dictorum et cognitorum seriem ad memoriam reducere operae precium et nostri muneris quasi esse, sumus[b] nos ex debita observantia, qua Regiae Maiestati Suae ac laudabili Coronae obstringimur, ad omnia, quae illius amplitudinem, gloriam et utilitatem quovis modo concernunt, paratissimi non modo deditissimo animo submonere[c], sed et iuxta supremam nostram possibilitatem, quo ex omni parte commoditas eiusque foelicitas provehatur, curam et operam impendere cupidi. Non dubitamus tamen, Vestram Illustritatem apud Regiam Maiestatem in his vel similibus arduis Coronae imminentibus negociis, optima oportunitate ac sapientia sublimi, tam movendo quam consulendo abunde exequi posse. Si vero Vestra Illustritas adornare tantum et in structorium ordinem[d] redigere negocium molestum censeret, nosque huius rei certiores reddere dignaretur, offerimus nos, Regiae Maiestati et Coronae Poloniae laudatissimae in graciam et profectum, Vestrae Illustritatis consiliis in his ac aliis omnibus nostram iuxta observantiam et fidem facile obtemperaturos.

Cumque nobis, quemadmodum et Vestrae Illustritati optime constat, cum Illustri ac Magnifico amico et fratre nostro singulari, Domino Christophero a Schidlovitz etc., Vestrae Illustritatis socero et praedecessore piae et[z] memoriae semper laudatae, privata amicitia, dilectio et fraternitas intercesserat, quam nemo invisa praeter morte[e] labefactare unquam potuit, ac Vestra denique Illustritas divini numinis praesidio propriaque sublimi sapientia altaque intelligentia in eius locum suffecta, filiam ac omnia eius relicta bona consecuta sit, nemini praeterea occultum quum sit, et apud Vestram Illustritatem tam illustris generis splendorem, ingenuitatem, ad sublimes res angendas promptitudinem, quam alias[f] Dei corporis et animi dotes, aeque ac in praedecessore, Domino Schidlovitzky, reperiri, quae et se luculenter exerunt, haud immerito et nos angimur desyderio flagrantes ac cum eadem Vestra Illustritate peculiari amore, amicitia et fraternitate coalescere ambientes, in finem vitae usque perseverare cupientes, speramusque Vestram Illustritatem parti vestrae quoque non defuturam, amica nostri oblatione, ut quacumque in re

Vestrae Illustritati morem gerere poterimus, amice et fraternis obsequiis affulgendo, Vestra nos Illustritas semper pronos ac non solum verbis, sed et facto ac opere, alacres perpetuo experietur. His Vestram Illustritatem una cum tota splendida domo Deo Optimo Maximo in nestoreos annos conservandam et tuendam commendamus. Datae e Regio Monte, ut supra.

Commissio Principis ex relatione.
Cancellarii.
Christianus.

In initio scripti in margine: Domino Ioanni Comiti de Tharnau, III Octobris.

a) *sic in ms. pro:* grammatei.
b) *in ms.* summus.
c) *sequitur expunctum:* et.
d) *in ms.* instructoriam ordinem.
e) *error pro:* invisam praeter mortem?
f) *in ms.* alia.
z) *sic in ms.*

N. 1697.

E Regio Monte, 3.X.1539.

Albertus dux in Prussia
Venceslao Proček (Protzky) *a Četna, commendatori in Gross Tinz* (Grossentintz),
de propenso eius in se animo se a Nicolao Nibschitz intellexisse nuntiat; rogat, ut promissum carmen de draconte sibi mittat.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 374v-375.

N. 1698.

E Regio Monte, 3.X.1539.

Albertus dux in Prussia
Iosto Ludovico Decio
de cudenda argentea moneta.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 375-375v.

An Jobst Ludwigen, den 3 Octobris.
Belangende die sylberne muntze zu schlahen.
Unseren gunstigen grus und genedigen willen zuvor.
Edler und erentvhester, lieber, getrewer. Nachdem euch bewust, das alhie sylberne muntze zu schlahen mit euch entlich verlassen, wir auch, das solchs gescheen und stracks gehalten solt werden, uns nicht allein vor-

sehen, sonder auch ko.mt. zu Polan etc., unserem genedigsten herrn und freuntlichen, lieben ohemen, dasselbig also zugeschrieben, so mögen wir euch doch genediger meynung nicht vorhalten, wiewol wir hiruber euerem muntzvorwalter ethwan vor der zeit zugelassen einen guss pagament zu thun, das es dabey nicht uffgehort ader geplieben, sonder noch ymmer one unsern vorbewust und verner ansuchen, groschen zu muntzen, vortgefharen wurdt. Welchs dan dem abschiede und verloss, auch unserm schreyben ahn hochgenante ko.mt. gethan (bey der wir auch dardurch wol eins ungleichen berichts[a]) mochten beschuldigt werden), des uns dann beschwerlich gantz entgegen und ungemess. Ist hierumb unser genedigs begeren, dieweyl noch etzlich pagament verhanden, das wir zu groschen zu vermuntzen uff das muntzvorwesers bith auss gnaden zugelassen, ir wollet bey demselben eweren muntzvorwalter verschaffen, das hernachmals entlich dovon abgestelt und allein sylber gemuntzt, nichts wenigers euch uff sylber also geschicket machen, das ein nodhturft sylbermuntz, wie oben gemelt, bey der handt gebrach werde. Dann wir, uber das, wes itzundt an dem pagament vorhanden, groschen muntzen zulassen, domit uns bey hochgenanter ko.mt. nicht zugemessen, noch auferleget, das wir derselben ungleiche anzeigung gethan, verner nicht zu gestatten wissen. Ahn dem thut ir uns zu der billigkheyt zu besondern gefallen ihn allen gnaden widerumb zu erkhennen. Datum Konigsperg, ut supra.

Commissio Principis ex relatione
Burggrabii.
G. Hack.

a) *in ms. bis scriptum.*

N. 1699.

E Regio Monte, 7.X.1539.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
litteras regias, pro Ioanne Gołyński 21.IX. Cracoviae ad se datas, se post discessum Nicolai Nibschitz accepisse nuntiat; quid « in tam detestando casu » *constituerit, regem ex eodem oratore suo, Nicolao Nibschitz, intellecturum esse significat.*

(Sub textu: In simili forma mutatis mutandis scriptum est Episcopo Cracoviensi [*Petro Gamrat*], Nominato Episcopo Posnaniensi [*Sebastiano Branicki*] et Domino a Tharnau).

Cfr. El. XXXVI, NN. 604, 605.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 137-138.

N. 1700

E Regio Monte, 8.X.1539.

Albertus dux in Prussia
capitaneo in Wąsosz (Wagenschoss)
pro subdito quodam suo, ab officialibus eius capto, verberibus laeso et abducto, intercedit et postulat, ut eundem captivum subditum suum capitaneo suo Ioannisburgensi, Ioanni a Krosten, liberum restituat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 138-139.

N. 1701.

E Regio Monte, 15.X.1539.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
ad litteras regias, pro Armenis Leopoliensibus intercedentes, respondet se, in gratiam regis, iussisse, ut bona eis adempta restituerentur, sed monet, ne in posterum per prohibitas vias in Ducatu suo iter facere audeant.

(Sub textu: Mutatis mutandis scriptum est Episcopo Cracoviensi [*Petro Gamrat*], Domino Tharnausky, Domino Petro Kmita).

(Latine)

Cfr. El. XXX, N. 194, El. XXXVI, NN. 606, 607.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 139-140.

N. 1702.

E Regio Monte, 20.X.1539.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
litteras regias, Cracoviae 29.V. currentis anni pro Alberto Piotrowicz ex Nowa Wola, reginae Bonae subdito, intercedentes et postulantes, ut eidem Piotrowicz a capitaneo suo Insterburgensi iustitia administretur (scil. ut ei res iniuste ablatae restituantur), se 19.X. accepisse nuntiat et pollicetur hac de re, hactenus sibi prorsus ignota, ad capitaneum suum scribere et totius negotii seriem sciscitari.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 140-141.

N. 1703.

E Regio Monte, 1.XI.1539.

Albertus dux in Prussia
regi Galliae [Francisco I]
« falconum exile munusculum », *praeterito anno missum, ei gratum fuisse, se ex litteris eius accepisse nuntiat et gaudet, ideoque et hoc anno duodecim falcones ei dono mittit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 141-142.

N. 1704.

E Regio Monte, 1.XI.1539.

Albertus dux in Prussia
regi Angliae [Henrico VIII]
decem falcones, « eximiae observantiae testes », *hoc quoque anno ei dono mittit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 142-143.

N. 1705.

E Regio Monte, 1.XI.1539.

Albertus dux in Prussia
« regi Navarrae et Arrogoniae »
hoc quoque anno, in amicitiae testimonium, sex falcones dono mittit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, f. 144.

N. 1706.

E Regio Monte, 1.XI.1539.

Albertus dux in Prussia
duci Suffolchiae [Carolo Brandon]
sex falcones dono mittit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, f. 145.

N. 1707.

E Regio Monte, 1.XI.1539.

Albertus dux in Prussia
cancellario regis Angliae [Gulielmo Pageto]
pro studio eius et industria in hoc adhibita, ut « purior evangelicae doctrinae philosophia » *in Anglia restitueretur ac reflorescerent, eum laudat; in amicitiae signum falcones dono mittit; rogat, ut sibi interdum scribere velit.*

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 145-148.

Familiares litterae, quibus falcones permittit.

Salute favorabili ac promptae nostrae amiciciae obsequia praemissa[2]. Magnifice ac Generose, Amice singulariter nobis dilecte.

Quum inter praeclaras Vestrae Magnificenciae magnificas animi dotes, quibus a multis impense apud nos ipsa his annis efferebatur, huius praecipue gratia nobis commendatissima semper extitit, quod eius industria, studio et conatibus solertissimis, toto pectore prae caeteris

adhibitis, purior evangelicae doctrinae philosophia sacrosancta[a] in Amplissimum Angliae Regnum invecta et postliminio tandem reversa ac restituta fuerit. Quin et constantissima ad nos[b] fama quoque pervolavit, eam ipsam non modo fausto omine nominisque praesidio auspicatam primordiorum surculos tantum gessisse, sed et indies incrementa sumi, propagari et praesertim Vestrae Magnificentiae indefessa promotione plantari et vegetiorem reddi, ut speciosorum iam fere arborem fructuum prae se ferre videatur. Merito igitur gratulamur tali Regno omnes, qui verbum Domini defaecatum et a larvis humanis vindicatum repurgatumque sitibundi quoquo modo colimus ac venerari desyderamus, gracias universorum moderatori indesinenter agentes praecantesque, ut haec in nominis sui gloriam ac subditorum Regni salutem perpetuo conservare, confirmare, manutenere ac[c] aliis quoque adiacentibus provinciis et Regnis aemulandi studium excitare velit. Nec de Vestra Magnificentia ullo modo ambigimus, quin et eadem sibi semper similis persistet, in haec, ut cepit, studia constanter et foeliciter incumbat, quum eam ipsam evangelicam unicam salutis doctrinam non solum profitetur, quod est omnium commune, verum etiam studet vita et moribus exprimere.

Quare ampla spe ducimur, preciosissimam illam in agro dominicae veritatis inventam margaritam studiosissime a Vestra Magnificentia curari et adservari ac ea, quae pacis[d] publicaeque[e] tranquillitatis et christianae charitatis sunt, promovere[f], dotesque verae pietatis, quibus Vestra Magnificentia mirifice fulgere praedicatur, semper luculentiores exerere. Quas et Deus Optimus Maximus in sui nominis gloriam, proximorum commoditatem ac tocius laudabilis Regni profectum provehere dignetur, et hoc assiduis iugiter praecibus optare non desistemus. Excitati non igitur huiusmodi amplissimis Vestrae Magnificentia commendacionibus, praeconiis ac laudibus, peculiari amore accensi, Vestrae Magnificentiae amiciciam ambiendo, his nostris literis compellare voluimus ac singularis favoris noticiam auspicari. Hinc et quatuor falcones pro foelici foederis auspicio addere religio augurum suasit, necnon et porciunculas succini candidi aliquas, faxitque Christus, ut sit auspicatissimum nostrae amiciciae et mutuae confoederationis exordium. Hunc animum si Vestra Magnificentia non respuerit, erit ex utraque parte confirmata amicicia, cuius gracia et falcones interim pro nostri mnemosynon tenere dignetur, donec aliquando occasio uberior praestanciora quoque submittet. Hoc unicum et a Vestra Magnificentia nobis officium mutuo praestari petentes, ut dextro nutu semper nobis favere velit ac praecipue apud Sacram Regiam Angliae Maiestatem[1], Dominum ac consanguineum nostrum clementissimum, commendatorem agere peculiarem et fidum, supra cetera ad hoc data oportunitate, quam Vestra Magnificentia cautissime observare novit, incumbere, ut si qua nos pressura calamitas obtingeret adversave aliqua fortuna (quam tamen divina providentia pie avertere dignetur) procellosis persecutionum turbinibus nos obruere pergeret, ne regia sua clementia ope, auxilio et consilio, quibus Regiam Suam Maiestatem plurimum valere novimus, nos quoque modo destituere, sed alacriter, ut patronus clienti, semper suo nobis patrocinio affulgere, nec unquam adversae contra nos parti favere velit. Dabimus autem operam nos nostraque sic moderantes, ut et nobis favendo in iusticiae scopulum non inpingat iustissimus Rex, sed nostra promovendo ipsissimam aequitatem tueri comprobetur. Habet enim praeter alias regias quam praeclarissimas dotes illud vel praecipuum dignum imperio, quod aequi iustique tenacissimus est. Poterit et Vestra Magnificentia Suae Serenitati Regiae nos e regione

addictissimos promittere, ut si qua in re nostra dignabitur uti opera, nobis non sit liberum quicquam recusare, quod modo per nos praestari queat.

Postremum petimus, ne Vestra Magnificentia gravetur suos aliquando tam prosperae quam adversae[g] fortunae successus nobis perscribere. Quod et nos e diverso[h] facturos recipimus, praesertim quum nos tam ingens intervallum dirimat, fama communiter nuncia contraria ad nos pervolat, raro vera sparguntur indefaecata remocius, faecem per multorum ora contrahencia. Ideo ex re nostra erit popularium vanum et incertum rumorem privatis aliquando et certis literis compensare. Si qui praeterea tam ex nostratibus quam vestratibus ultro citroque commeaverint, sentiat, quaesumus, utriusque amiciciam haud fucatam. Nostrates si navigio appulerint Angliam, experiantur nos illic habere amicum neutiquam poenitendum, quod et vestratibus, si qui Borussiam nostram venerint, constanter pollicemur, sencientque nihil perinde nobis in votis esse, quam ut liceat Vestrae Magnificentiae vestrisque omnibus quocumque officio nostro gratificari. His nos Vestrae Magnificentiae commendatos esse desyderamus perpetuo, petentes, ut hanc nostram scribendi familiaritatem boni consulat[i]. Eandemque Christo, servatori nostro unico et communi, ad veram instaurandam evangelicam veritatem vobis omnibus commendamus. Datae e Regio Monte, ut supra.

Commissio Principis propria.
Christianus.

In margine in initio scripti: Cancellario Serenissimi Regis Angliae, 1 Novembris.

a) *in ms. sacro sancto.*
b) *supra lineam.*
c) *pro expuncto:* eo *suprascriptum.*
d) *in ms.* quae pacis.
e) *in ms.* publicoque.
f) *sic in ms., error pro:* promoveri?
g) - h) *in margine.*
i) *in ms.* consulet.
z) *sic in ms.*
1) *Henricus VIII.*

N. 1708.

E Regio Monte, 6.XI.1539.

Albertus dux in Prussia
statibus Magni Ducatus Lithuaniae
rogat, ut operam suam diligentem apud regem interponant, quo ad inspiciendos et terminandos fines controversos dies tandem instituatur.
Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 149-151.

De terminandis finibus et limitibus Lithuanicis.

Obsequia et officia nostra amica et quidquid grati praestare possumus, salutem et benevolentiam.

Reverendi in Christo Patres, Illustres, Magnifici ac Generosi Amici, Fratres et Vicini nobis charissimi.

Quid nos iterum apud Serenissimum ac Potentissimum Principem ac Dominum, Dominum Sigismundum Poloniae Regem, Dominum nostrum clementissimum avunculumque dilectissimum, in his Generalibus Comiciis ad divi Martini ferias Petrocovii celebrandis de ambiguitate finium inter ipsius Regiam Maiestatem, Amplissimum Poloniae Regnum necnon Magnum Lithuaniae Ducatum ac nostrum Ducatum per nostras subditas

amicasque literas petamus, poterunt Reverendae Vestrae Paternitates, Illustritates et Magnificentiae ex incluso exemplo copiose cognoscere. Cum autem Reverendas Vestras Paternitates, Illustritates et Magnificentias christiano, recto et honesto animo esse sciamus, ut pacem et utriusque partis bonam concordiam velint nec aliud quid cupiant, nisi fines, de quibus controversia est, inspicerentur diiudicarenturque et secundum literarum sigillatarum sententiam et authoritatem ad composicionem pacificumque exitum perducerentur, cuius rei a Reverendis Vestris Paternitatibus et Illustritatibus saepe ad nostram amicam et clementem peticionem promptas ac studiosas responsiones ac promissiones accepimus, ac sine dubio Regia Maiestas Vestras Reverendas Paternitates, Illustritates et Magnificentias, ut laudabiles ordines et consiliarios Magni Lithuaniae Ducatus, ad quos etiam haec res attinet, de hac re in consilium adhibebit, proinde a Reverendis Paternitatibus Vestris, Illustritatibus et Magnificentiis amice, benigne et clementer petimus, ut illae perpendant, quanti intersit hos fines inspici, diiudicari atque terminari, ac quam ex earundem procrastinacione multa dissidia et errores, ne recenseamus alia incommoda, quae in eis, de quibus controversia est, finibus accidunt, nasci ac oriri [possint], utque apud Serenissimam Regiam Maiestatem etc. magno studio adiutare velint, quo ad inspiciendos, diiudicandos, terminandos eosdem fines, quam primum fieri poterit, dies instituatur destineturque, ut tandem illi iuxta aequitatem, necnon literarum et sigillorum tenorem finiri et terminari possint. Quare dubio procul et Regia Maiestas multis ob hanc rem molestiis liberabitur et inter utriusque partis subditos, praefectos et vicinos discordiae, homicidia, literae amarulentae et alia his similia tollentur et econtra pax, amicicia et concordia plantabitur.

Nam Reverendae Vestrae Paternitates, Illustritates et Magnificentiae etc., utpote viri prudentissimi, facile existimabunt, quam diu nobis pro fide, officio et praestita fidelitate nostra tam violentae irruptiones contra literas et sigilla ferendae sint. Et ut ponamus hos fines, quod tamen minime ob supradictas et necessarias causas fore arbitramur, nunc non terminari nec constitui, sed negocium hoc prorogari et similes irruptiones sive aliae violentae iniuriae in regio feudo et nostro Ducatu fierent, certe pro fide et officio nostro (salva tamen semper amicicia et vicinitate) talia non admittere, aut pati aliqua nobis adimere, sed pocius ea omnia impedire adduceremur. Unde quidem lites, dissidia, iurgia, homicidia et similia ab utriusque partis subditis (quae Reverendae Vestrae Paternitates, Illustritates et Magnificentiae, tanquam pacis amatores, sine dubio cavere studebunt) nasci ac oriri solent, firmiter sperantes, Reverendae Vestrae Paternitates, Illustritates et Magnificentiae operas suas ita sunt interposituri, ne olim aliquid tale sit metuendum. Quod nos erga Reverendas Vestras Paternitates, Illustritates et Magnificentias studiose promereri, amice ac omni clementia compensare studebimus. Huius rei petimus et rogamus a Vestris Reverendis Paternitatibus, Illustritatibus et Magnificentiis cum hoc nostro aulico amicum, studiosum et promptum responsum. Datis e Regio Monte, ut supra.

Commissio Principis propria.
Ioachimus.

Mutatis mutandis [ad] Adalbertum Gastoldum, Episcopo Wilnensi[1], Georgio Radvil, Ioanni Radvil.

In margine in initio scripti: Ad status Lithuaniae, VI Novembris.

1) *Paulus Holszański.*

N. 1709.

E Regio Monte, 11.XI.1539.

Albertus dux in Prussia
Nicolao Nibschitz
rogat, ut litteras marchionibus Gulielmi regi in manus proprias tradat; equum ei ab eodem marchione dono missum se ei posthac, cum viae meliores erunt, missurum esse significat.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 376.

N. 1710.

E Regio Monte, 12.XI.1539.

Albertus dux in Prussia
capitaneo Samogitiae [Ioanni Radziwiłł]
Iacobum Grolock, civem Regiomontanum, commendat et rogat, ut ei ope atque opera sua adesse velit, « ut id, quod suum est, iustitia exigente, sine sumptibus aut dilationibus ulterioribus consequi valeat ».

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 151-152.

N. 1711.

E Regio Monte, 12.XI.1539.

Albertus dux in Prussia
Alberto Gasztołd, palatino Vilnensi, M.D.L. cancellario,
Iacobum Grolock, praesentium ostensorem, adversus quendam Ioannem Wirowski, debitorem suum, Vilnae causam habentem, commendat rogans, ut ei ita adesse velit, quo a dicto debitore suo, quod suum est, recuperare queat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, f. 152.

N. 1712.

E Regio Monte, 20.XI.1539.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
Volfgangum Folder, cum Paulo et Volfgango Dorren, Norimbergensibus, litem habentem, commendat et rogat, ut iussu et mandato regio « ad amicabilem examinationem et compositionem negotium omne perduceretur ipseque hac via ius suum consequi posset ».

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 153-154.

N. 1713.

E Regio Monte, 20.XI.1539.

Albertus dux in Prussia
episcopo Cracoviensi [Petro Gamrat]
Nicolao Nibschitz se in mandatis dedisse nuntiat, ut negotia quaedam sua ei nomine suo exponeret, et rogat, ut illi in omnibus plenam fidem adhibeat.

(Sub textu: Mutatis mutandis Paulo de Volia, Samueli Matziauski, Petro Kmitha, Episcopo Wladislaviensi [*Lucae a Górka*], Andreae de Gorkau).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, f. 153.

N. 1714.

E Regio Monte, 20.XI.1539.

Albertus dux in Prussia
episcopo Cracoviensi [Petro Gamrat]
rogat, ut causam Volfgangi Folder regi commendet.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 154-155.

N. 1715.

E Regio Monte, 20.XI.1539.

Albertus dux in Prussia
Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, exercituum R.P. capitaneo,
se denuo regi nonnulla scripsisse nuntiat, quae suo iudicio « bonam pacem, tranquillitatem et commodum huius celeberrimae Coronae Poloniae promovere debeant », *et Nicolao Nibschitz in mandatis dedisse, ut de his rebus omnibus ei coram referret; rogat, ut illi plenam adhibeat fidem.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 155-156.

N. 1716.

E Regio Monte, 20.XI.1539.

Albertus dux in Prussia
Severino Boner, castellano Biecensi,
Volfgangum Folder (vel Fulder, Fuldner, cfr. El. XLVIII, N. 349), subditum suum, controversiam de cornu monocerotis longo iam tempore iudicialiter agitatam cum [Paulo] Dorr (vel Durer) et fratre eius, civibus Norimbergensibus, habentem, commendat et rogat, ut causam eius regi commendet.

(Germanice)

Cfr. El. XLVIII, N. 349.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 376-376v.

N. 1717.

E Regio Monte, 21.XI.1539.

Albertus dux in Prussia
Severino Boner, castellano Biecensi,
de infirmitate eius a Nicolao Nibschitz certior factus, ei omnibusque familiaribus amicisque suis bonam valetudinem a Deo precatur; pro equo bono sibi promisso gratias agit; novitates sibi scribi petit.

(Germanice)

Cfr. El. XXXVI, N. 615.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 376v-377v.

N. 1718.

E Regio Monte, 22.XI.1539.

Albertus dux in Prussia
Ioanni regi Hungariae
longo eius in scribendis litteris intervallo permotus rogat, ut sibi per opportunitatem saepius scribat et « suarum rerum conditionem et statum » *significet.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 172-173.

N. 1719.

E Regio Monte, 22.XI.1539.

Albertus et Dorothea in Prussia duces
Isabellae reginae Hungariae
omnia fausta et felicia ei precantur et rogant, ut oblata occasione de rerum suarum statu et valetudine scribere velit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol., 51, ff. 173-174.

N. 1720.

E Regio Monte, 24.XI.1539.

Albertus dux in Prussia
statibus et ordinibus Regni Poloniae
rogat, ut ad tollendas utrinque controversias, querimonias, dissidia ac discordias, ob non determinatos fines et limites inter ditiones regias et Ducatum suum Prussiae obortas, negotium regundorum finium tandem promoveatur et ad finem deducatur.
(Adest etiam Conc. germ., HBA, B, K. 1160).

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 156-162.

Petit, ut dies dirimendorum finium eligatur etc.
Obsequia et officia nostra amica et quidquid grati praestare possumus.

Reverendissimi, Reverendi, Illustres, Magnifici, Generosi, Nobiles, Fratres, Amici optatissimi et singulariter nobis dilecti.

Quum exploratum nobis esset, Serenissimum Potentissimumque Principem ac Dominum, Dominum Sigismundum Regem Poloniae etc., Dominum nostrum clementissimum et avunculum ex animo suspiciendum, ad ferias Epiphaniae cum omnibus laudabilis Regni sui statibus ordinibusque ad[a] eorundem citra dubium seria imminentia negocia decidenda publicum conventum et Comitia designasse Cracoviae celebranda, plane nobis in votis fuisset Regiam Suam Maiestatem, tanquam Dominum Regemque nostrum graciosissimum et sanguine iunctum amicum, propria persona invisere ac bonam Suae Maiestatis valetudinem coram optate pervidere, si non illud nos avocasset, ne videlicet Suae Maiestati in propositis negociis impedimento pocius essemus et tanquam intempestivi interpellatores cum minutulis nostris graviora remoraremur. Et licet Regiam Suam Maiestatem praedictis ex causis persona propria conveniendo compellare nobis non competebat, optamus nihilosecius[b] Regiae Suae Maiestati ac Vestris Reverendissimis, Reverendis Paternitatibus, Illustritatibus, Magnificentiis et Dominationibus, tanquam probatissimis laudabilis Coronae Poloniae membris, statibus ordinibusque, non modo ad instantia Comitia[c], sed et[d] ad omnia ac singula eiusdem Regni difficiliora negocia pertractanda Dei benedictionem, quo res ex animi sententia cum fructu et secundis ventis prosperrime succedant. Cumque Regiae Suae Maiestatis animum, tanquam christianissimi ac pacis studiosissimi cultoris, tam propensum sciamus, ut ex nativa quadam regia bonitate subditorum suorum ac Regni terminorum tranquillitatem non modo ab externis incursionibus immunem, sed et apud semet ipsos illaesam conservari velit, eosdemque pacatos, concordes et longe ab omni motu seiunctos cohabitare desyderet, quare[e] etsi[f] ex debito nostro ac inevitabilibus[g] nos causis urgentibus Regiae Suae Maiestati[h] ac Vestris Reverendissimis[i], Reverendis Paternitatibus, Illustritatibus, Magnificenciis[j] et Dominationibus, quantumvis arduarum eorum occupationum libenter rationem habuissemus, huiusmodi nostra scripta reprimendo, compellimur tamen ea indicare ac Vestris Reverendissimis, Reverendis Paternitatibus, Illustritatibus, Magnificentiis et Dominationibus exponentes fraterne, amice ac benigne proponere, sperantes hanc nostram necessariam interpellationem aequi bonique consulturas.

Praeterea non est nobis dubium, Vestris Reverendissimis, Reverendis Paternitatibus, Illustritatibus, Magnificenciis et Dominationibus constare ac notum esse, nos hactenus[k] frequenter multis annis apud Regiam Suam Maiestatem sermone et scriptis summo studio plurivarie ac deditissime institisse[l], solicitasse et petivisse, quo perniciosa limitum discordia, inter Regiam Suam Maiestatem, Amplissimam Coronam Poloniae, necnon et inter Ducatum Magnum Lithuaniae ac nostrum Ducatum Borussiae agitata, aliquando tolleretur ac debita perlustratione singulis conspectis ac bene consideratis, iuxta pactorum[m] et obsignatorum foederum monumenta cuique suum decernendo, optata aliquando pax et tranquillitas reduceretur. Qua de re et a Regia Sua Maiestate ampla saepe spes benigne et clementer nobis affulsit, seque Sua Maiestas acturam recepit ac curaturam, ut huiusmodi negocia praedicta quam primum executioni mandarentur, quin

et dies nonnullae ad hoc indictae ac denominatae fuere. Quae tamen ob alias, dubio procul serias et Suae Maiestatis praestanciores occupationes et ingentes rationes, semper frustrabantur retractabanturque. Quare et Suam Maiestatem etiam hac parte culpa vacare et plane excusatam habere volumus, moram praedictis causis imputando.

Non possum tamen simul et Vestris Reverendissimis, Reverendis Paternitatibus, Illustritatibus, Magnificenciis et Dominationibus fraterno, amico, bono ac benevolenti animo celare, haecce[n)] moramenta omnibus et singulis dissidiis, erroribus et controversiis bellacium limitum circa loca obortis, fomentum praestasse et causam. Ex quo etiam evenit, sicut Vestrae Reverendissimae, Reverendae Paternitates, Illustritates, Magnificentiae et Dominationes citra dubium optime novere, ut Suam Regiam Maiestatem temerariam ob invasionem, nobis nostrisque factam, tam crebris literis interpellare cogeremur, plura interim dissimulantes, quo et Suae Maiestati alioqui occupatissimae nonnihil parceremus. Nec desitura arbitramur huiusmodi querimoniarum scripta, tacendo peiora incommoda hinc oboritura aliquando, nisi dissidiosi limites restringantur. At cum controversiae, querimoniae et dissidia hac in parte universa convenientiori nullo prorsus medio tolli queant unquam, nisi finium regundorum lege, unico quasi antidoto, succurratur[o)] finesque seu provintiarum termini certis suis limitibus, iuxta aequitatis normam certarumque literarum sigillis roboratarum demonstrationem, dirimantur[p)] secernanturque; quo et apud utriusque partis officiales et vicinitate propinquiores lites, caedes, amariora scripta et similia, quae cum tempore oboriri poterint, praeveniantur restinguanturque, necnon et e regione hoc medio pax, amor et concordia uberior complantetur; huiusmodi denique pacificatoriam actionem instituendam[q)] omnis auctoritas post supremum pacis Monarcham, Deum ipsum, in sola Regiae Suae Maiestatis potestate et manu, Vestrarumque Reverendissimarum, Reverendarum Paternitatum, Illustritatum, Magnificentiarum et Dominationum, laudatae Coronae ordinum, fraterna, amica, fida ac benefica promocione consistat, nostra plane fraterna, amica hortacio, solicitacio, peticio et benigna requisicio est, Vestrae Reverendissimae, Reverendae Paternitates, Illustritates, Magnificentiae et Dominationes dignentur negocium illud, plurivariis prioribus ac praesentibus scriptis studiose assiduoque propositum, cordi tandem suscipere et apud Regiam Maiestatem commendatum[r)] habere ac ita promovere, ut quam primum, etiam hac hyeme, citra ulteriorem utrique parti damnosam cunctacionem, finium dirimendorum dies eligatur indiceturque, quo Regia Sua Maiestas huius rei gracia molestationibus, obstrepentium querimoniarum inundatione semel prorsus liberetur, contenciones et dissidia[s)] limitum diremptione apud utriusque partis subditos aboleantur, stabili et perpetua pace firmata inter eos, quaelibet pars de suis certificaretur limitibus sciretque, qua sorte mediante iusticia et aequitate sibi attributa deberet contentari; nosque a similibus temerariis invasionibus, nobis in Regiae Suae Maiestatis ac laudabilis Coronae feudo, nostro Ducatu Borussiae, multocies factis, sublevemur. Quae sane nobis (ut Vestrae Reverendissimae, Reverendae Paternitates, Illustritates, Magnificentiae et Dominationes ipsae, profundiori prudentia ac circumspectione latissima praeditae[t)], facile perpendere queant) nostram

luxta fidem, qua Regiae Suae Maiestati laudabilique Coronae Poloniae obstringimur, postulante ad haec nostra quam maxima necessitate, neutiquam diutius tolleranda erunt.

Eapropter et gratissimum foret, si inspecto priori Regiae Maiestatis benigno assensu, simul et indefessa nostra flagitacione perpensa, e Vestrarum Reverendissimarum, Reverendarum Paternitatum, Illustritatum, Magnificentiarum et Dominationum medio aliqui ad hoc onus finium Regiae Maiestatis feudalium dirimendorum subeundum constituerentur, quod et ampla nobis fiducia promittimus vota nostra non cassari. Nec obesse nobis arbitramur, quod Regiam Suam Maiestatem propria modo persona non convenimus, quantumvis limitum illa nos causa vehementer angat. Vestrae namque Reverendissimae, Reverendae Paternitates, Illustritates, Magnificentiae et Dominationes avocantem nos rationem ex his nostris scriptis facile assequentur. Non est nobis tamen dubium, Vestrae Reverendissimae, Reverendae Paternitates, Illustritates, Magnificentiae et Dominationes sciant ac velint hoc negocium, tanquam Suae Maiestatis ac laudabilis Coronae, imo ut propria acta, administrare, curare et dirigere, quo aequa media ac optatum aliquando finem consequantur.

Si vero haec impetrare nequiremus, quod minime tamen futurum opinamur, ac Vestris Reverendissimis, Reverendis Paternitatibus, Illustritatibus, Magnificentiis et Dominationibus commodum et consultum videretur, ut Regiam Suam Maiestatem nos ipsi tandem quoque conveniremus, parati sumus, minime etiam gravamur vestris consiliis obtemperare ac omnem oportunitatem redimere, quo Regiae Maiestatis laudabilisque Coronae Poloniae feudum ac nostrum Ducatum in finibus ac terminis suis tranquillum aliquando paratumque reddamus[u]. Eventu autem inopinato contingente (quod tamen neutiquam speramus), ut finium huiusmodi diremptio necessariaque dimensio prorsus vel negligenda vel in aliud tempus protrahenda remorandaque censeretur, interim denique temerariae nobis incursiones fierent, sicuti et antea non semel attentatum conquesti sumus, a Vestris Reverendissimis, Reverendis Paternitatibus, Illustritatibus, Magnificentiis et Dominationibus fidum, amicum ac beneficum consilium petimus et efflagitamus, animi sensaque nobis vestra declarare non gravemini, quo pacto nos gerere deceat, quid e regione potissimum nobis facere conducat, ne quicquam Regiae Maiestatis feudo, nostro Ducatui, decidat aut perpetuo cum dispendio detrahatur. Officii certe nostri esse cognoscimus feudalique deditione nos obstrictos fatemur, affatimque apud nos deliberavimus et proposuimus omnem navare operam curareque, ne dicio, nobis a Deo ac Regiae Maiestatis favore semel concessa, angustior vel ullo modo contractior reddatur. Hoc igitur in negocio si Vestrae Reverendissimae, Reverendae Paternitates, Illustritates, Magnificentiae et Dominationes faciles et plane exorabiles se nobis praestiterint, quod plena nobis fiducia promittimus, de vestra in nos benevolentia non dubitantes, perpetuo nos sibi amore devincient[v], et qui antea etiam obligati eramus, obligatissimos reddent semperque habebunt, amicum, benignum ac favorabile responsum[w] a Vestris Reverendissimis, Reverendis Paternitatibus, Illustritatibus, Magnificentiis et Dominationibus praesentem per nostrum aulicum maturius expetentes. Datae e Regio Monte[x], XXIIII Novembris.

In simili forma scriptum est mutatis mutandis: ad Regem Poloniae Seniorem, ad Regem Augustum, ad Reginam Poloniae[1], Domino Ioanni a Tharnau, Episcopo Cracoviensi[2], Episcopo Posnaniensi[3], Episcopo Premisliensi[4], Episcopo Wladislaviensi[5], Andreae de Gorkau, Domino Boner,

Supremo Cancellario[6], Vicecancellario[7], Domino Spiteck[8], Domino Opolinski, Domino Wolsski[9], Supremo Marschalco[10].

Commissio Principis propria.
Christianus.

In margine in initio scripti: Ad omnes status et ordines Regni Poloniae.

a) *in ms.* pro.
b) *verbum correctum.*
c) *in margine.*
d) *supra lineam.*
e) *correctum* ex: qua.
f) *in margine.*
g) *correctum ex:* inevitabibus
h) *correctum ex:* Maiestatis.
i) *in ms.* Vestrarum Reverendissimarum.
j) *in ms.* Magnificenciarum.
k) *in ms.* hactemus.
l) *in ms.* instetisse.
m) *in ms.* pactarum.
n) in ms. hisce, *correctum ex:* histae.
o) *in ms. succuratur.*
p) *in ms. dirimentur.*
q) *error pro: pacificatoriae actionis instituendae?*
r) *in ms.* commendatam.
s) *in ms.* dissidiae.
t) *in ms.* praedita.
u) *in ms.* reddemus.
v) *in ms.* devincent.
w) *in ms. bis scriptum.*
x) *sequitur verbum expunctum.*
1) *Bona.*
2) *Petrus Gamrat.*
3) *Sebastianus Branicki.*
4) *Stanislaus Tarło.*
5) *Lucas a Górka.*
6) *Paulus Wolski.*
7) *Samuel Maciejowski.*
8) *Tarnowski.*
9) *Nicolaus Wolski, magister curiae reginae Bonae.*
10) *Petrus Kmita.*

N. 1721.

E Regio Monte, 24.XI.1539.

Albertus dux in Prussia
Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, exercituum R.P. capitaneo, litteras eius, 27.X. missas, sibi pervenisse nuntiat et se iterum excusat, quod parum congruentes titulos ei apposuerit; consilia eius de avertendis periculis Reipublicae impendentibus regi data probat.

(Latine)

Cfr. El. XXXVI, N. 613.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 175-176.

N. 1722.

E Regio Monte, 25.XI.1539.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
rogat, ut dies regundorum finium statuatur et omnes utrinque obortae controversiae, lites ac discordiae tandem sopiantur et componantur.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 163-166.

Ut dies dirimendorum finium eligatur.

Serenissime Rex, Domine Clementissime Avunculeque Charissime.

Cercior factus sum Regiam Vestram Maiestatem ad Epiphaniae ferias cum omnibus Amplissimi sui Regni ordinibus, in gravissimis atque difficillimis sine dubio rebus et negociis, Generalia Comitia Cracoviae celebrare constituisse. Quare eo fui animo et magnopere desideravi, ut Regiam Vestram Maiestatem, unicum secundum Christum mihi Dominum, Regem, sanguinisque arcto vinculo iunctum, praesentem praesens viderem

eamque, satisne salva et firma sit valetudine, ipse conspicerem. Sed hoc me deterruit et abstraxit, quod timebam, ne mea praesentia Regiae Vestrae Maiestati in praesentibus negociis molestus essem. Et quanquam hae causae me impediunt, quominus ipse Regiam Vestram Maiestatem videam, attamen praecor et opto Regiae Vestrae Maiestati subditis, amicis et benevolis literis in his et in omnibus suis et Regni gravibus causis divinam benedictionem, rei ex sentencia confectionem ac prosperum eventum.

Porro cum me minime fugiat, Regiae Vestrae Maiestatis christianum et pacificum animum id spectare maxime, ut pro regia bonitate subditos suos et fines non solum cum exteris, sed etiam inter suos quietos ac compositos esse videat ac inter eos contentiones ac discordias esse nolit, proinde etsi Regiam Vestram Maiestatem, gravibus, multis et magnis negociis iam impeditam, his meis literis invitus onero, tamen et mea in Regiam Vestram Maiestatem fides et officium, necnon summa et inevitabilis necessitas cogunt me, haec Regiae Vestrae Maiestati ut significem et in memoriam reducam, quae ipsa minime ignorat, videlicet me multis iam annis subdita reverentia summoque studio a Regia Vestra Maiestate coram et per literas petiisse, ut Magni Ducatus Lithuaniae, Regiae Vestrae Maiestatis feudi, et mei Ducatus Prussiae fines (nam de his controversia est) inspicerentur, diiudicarentur, terminarentur et iuxta literarum sigillis confirmatarum sententiam et[a] aucthoritatem ad pacificam concordiam et transactionem perducerentur.

Ad quae mihi saepe clemens, benignum speique plenum Vestrae Regiae Maiestatis responsum est redditum. Regiam Vestram Maiestatem, quam primum fieri posset, curaturam, ut dictum de finibus terminandis negocium agendum susciperetur, diesque iam antea huic rei sunt destinati et constituti, qui tamen dubio procul propter multa et ardua Regiae Vestrae Maiestatis negocia, necnon urgentes quasdam causas, celebrari et frequentari non potuerunt. In qua re etsi Vestram Regiam Maiestatem ab omni culpa prorogationis liberam scio, quam superioribus causis imputandam existimo[b], tamen subdita et amica benevolentia motus, Regiam Vestram Maiestatem celare non[c] possum, quod ex hac rei procrastinatione et prorogatione omnis discordia ac contentio, quae in iisdem, de quibus ambigitur finibus, accidit, extiterit ortaque fuerit. Hinc et factum est, id quod Regiam Maiestatem Vestram minime latet, ut ea tot meis literis propter violentam et temerariam mihi factam irruptionem a me invito et nolente onerata sit.

Nec meo quidem iudicio harum querularum queribundarumque literarum finis ullus esse poterit (ne interim dicam maius et perniciosius malum hinc oriri posse), nisi finium, de quibus ambigitur, controversia et causa fuerit composita et transacta. Cum ergo, Clementissime Rex, omnes harum orarum partiumque dissensiones nulla aptiore quam unica hac via tolli queant, si fines, aequitate et authoritate literarum sigillorumque servata, iudicentur, terminentur et confirmentur, hacque ratione apud praefectos subditorum utriusque partis atque vicinos lites, homicidia, literae amarulentae et alia, quae hinc consequi solent, facile tolli ac prohiberi queant, et econtra hoc eodem pacto pax, amicicia mutuaque concordia conseri ac plantari, hocque tam pacificum et pium opus secundum Deum Optimum Maximum sola Regia Vestra Maiestas incipere ac perficere possit, quapropter reduco Vestrae Maiestati Regiae in memoriam eamque enixe rogo, oro et obtestor, ut multis superioribus, necnon his meis maximis praecibus et obsecracionibus mota, hanc rem animo perpendere, pro regia clementia considerare dignetur atque effectum red-

dere, ut his limitibus et finibus terminandis hac hyeme dies destinentur negociumque hoc totum suscipiatur susceptumque perficiatur, quo tandem aliquando et Vestra Regia Maiestas ab hac molestia vacua et libera sit et inter utriusque partis subditos ex litibus, dissensionibus ac dissidiis pax, tranquillitas et concordia existat ac permaneat, necnon ut utraque pars sciat ac teneat, quibus iure merito ac sine alterius iniuria uti queat. Denique ut et pariter ego a violentis irruptionibus liber sim et vacuus, quae mihi in Vestrae Regiae Maiestatis feudo et meo Ducatu Prussiae aliquocies factae[d] sunt.

Quas quidem, ut Regia Vestra Maiestas, utpote sapientissimus prudentissimusque Rex, facile existimabit, pro mea fidelitate et officio, quo Regiae[e] Maiestati Vestrae Amplissimoque Regno Poloniae addictus sum, proque necessitate urgente, diu perferre iniquum et intollerabile videtur. Proinde Regia Vestra Maiestas, propter regiam ac clementem promissionem atque etiam meas subditas et studiosas praeces, quosdam Amplissimi Regni Poloniae ordines deligere et constituere iisque negocium hoc mandare velit, quo ad eorundem finium, qui ad regium feudum attinent, diiudicationem mihi adsistant. Quod ita futurum, nec hoc mihi ullo modo denegandum, sed a Regia Vestra Maiestate impetrandum, magna et bona in spe sum. Sic faciet Regia Vestra Maiestas opus christianum, pium et gloriosum. Ego, quod ad me attinet, semper operam maximam dabo, ut id erga Regiam Vestram Maiestatem omnibus debitis obsequiis subdite ac sedulo promereri possim. Denique rogo, ut mihi Regiae Vestrae Maiestatis clemens, regium speique plenum per hunc servitorem meum reddatur responsum. Datae e Regio Monte, ut supra.

Mutatis mutandis ad Reginam Poloniae[1], ad Iuniorem Regem.

Commissio Principis propria.
Ioachimus.

In margine in initio scripti: Regi Poloniae, XXV Novembris.

a) *sequitur expunctum:* au.
b) *sequitur expunctum:* non.
c) *supra lineam.*
d) *in ms.* facti.
e) *in ms.* Regia.
1) *Bona.*

N. 1723.

E Regio Monte, 25.XI.1539.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae

de discordia inter principes christianos intercedente dolet et necessitatem unionis et concordiae inter eos, praesertim hoc imminentis Turcici periculi tempore, praedicat; de periculo primum Regno Daniae, deinde Ducatui suo et Regno Poloniae impendente timet et suadet, ut rex legatos suos ad regem Romanorum et ad imperatorem mittat et per eos impetrare studeat, quo inter domum Burgundiae, Fridericum comitem palatinum et Regnum Daniae sexennales indutiae ineantur.

(Adest etiam Conc. germ., HBA, B, K. 1160).

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 167-172.

Ut scribat ad Romanam Regiam[1] et Imperatoriam Maiestatem[2], quo iterum sexennales induciae impetrarentur.

Serenissime Rex.

Quum nostro hoc aevo toto fere terrarum orbe (proh dolor) indies inaugescere videmus perniciosas ac plane vehementes molitiones et practicarum technas periculosas, prae caeteris autem luce clarius apparet, quo angore ac solicitudine universa Christiana Respublica tenetur ob imminentia Turcarum ac consortium eorum[a], hereditarium[z] quodammodo hostium, pericula, tacendo intestina[b] exicialia dissidia ac simultates nimis acerbas, quibus iam proscinditur tranquillitas christiana, quare summopere necessarium esset, ut christiani potentates universi, Reges, Principes Electores ac Principes caeterique ordines inferiores redirent in gratiam ac conciliata optima pace, amore ac concordia confirmata, potirentur, quo unanimis votis eo expeditiores redderentur ab obsistendum fidei hostibus, Turcis immanis[z], dissidia et simultates domesticas prorsus seponentes abolerent. At ut apparet et ex rerum eventu coniectare possum, Deus Optimus Maximus promeritam peccatorum vindictam communi christiano populo semel infligere parat, quum maiorem partem magis ad bellum quam pacem proclivam pugnacesque plures, quam e corde pacis studiosos, videmus. Deus autem pacis christianam ac pacificam cognitionem ipsis et nobis largiri[c] dignetur. Nam Regiae Vestrae Maiestati compertum esse cupio ac debitae observantiae officio celare neutiquam potero, quum manifestum sit, quo studio ac magna diligentia Burgundiana aula, Comes Palatinus Fridericus, una cum ipsis adhaerentibus, quaesierint ac conati sint, ut Serenissimum Potentissimum Principem ac Dominum, Dominum Christianum Daniae, Norvegiae, Venedorum ac Gothorum Regem, Schlesvicensem, Holsaciae, Stormariae ac Ditmariae Principem, Comitem Oldenburgum ac in Dolmanhorsto, favorabilem ac dilectum Dominum, cognatum et affinem meum, in suis Regnis turbarent, bellis impeterent ac quoquomodo degravare possent. Iniquos quorum tamen[d] conatus pacis summus largitor hactenus clementer repressit, cui dignas rependimus laudes.

Non in eum huiusmodi iniuria vergit tantum, sed et in nos, qui vos suae fidei, tanquam obedientes, tractabiles ac probis moribus institutos pueros, commendavimus. Quam augusta autem nostra apud vos[c] observantia[f] fuerit, e fratris tui fuga satis luculenter perspeximus[g]. Cui nec nos, sicuti chari neque parentes, tanti fuimus, ut nostrae vel commendationis[h] nuper factae gratia, vel optimi parentis amore, paucas mansuete plagas tulisset suscepissetque. Etiam si quisquam se ipsum innocentem ad plagas vocari existimaverit, suae tamen innocentiae non debet plus fidere quam praeceptoris scientiae, qui velut oculatus Argus quidam lynceis omnia perlustrare luminibus novit. Non enim est probi filii ferocia et atrocitate reluctare parenti, etiamsi innocentissimus fuerit, sed depraecationibus potius, praecibus ac lachrymis duriusculum aliquantulum patrem seu praeceptorem, quem sacrae litterae alterum parentem testantur, demulcire. Nulla praeterea vos ingenuitas fidae praeceptoris ferulae subtrahet, defendet vel immunes reddet. Nam et nos generis claritate fulgere arbitramur, at nunquam nos nostra in adolescentia

praeceptorum virgis temerarie subtraximus, nec pervicaciter monitoribus reluctati sumus. Sciebamus enim non ipsis, sed parenti nostro, imo Deo ipsi[i], cuius authoritate nobis praefuerunt, nos submitti.

Quare hortamur vos, quo vel exemplo nostro tandem iuvenilem ambitionem una cum aulica insolentia, aliquando infaustis avibus imbibita, deponere non detrectetis submissioresque vos praeceptori accommodare vestro nequaquam veremini. Non enim tota nobis de vobis periit spes, ampla nobis adhuc est fiducia, praecipue cum fugitivus ille denuo est reversus, resipueritisque vere et praeceptori, ut fidos discipulos decet, auscultaveritis in omnibus obediendo. Nunquam vos profecisse arbitremini[j], quantumcumque doctrinam auxeritis literariamque scientiam ampliaveritis, nisi et moribus virtutibusque christianis emendatiores fieri ac indies magis pietate florescere studueritis. Est tritum adagium: Qui proficit in litteris et in moribus deficit, plus deficit quam proficit. Sic ergo vos utrumque connectite, ut ne ad transversum quidem unguem unum ab altero secernatur[k]. Quod si haec feceritis, cum iuventuti vestrae optime consulueritis, tum vero et ex industria vestra magnam parentibus voluptatem aliquando attuleritis ac perpetuam apud nos gratiam vobis conciliaturos non dubitetis.

Et ut tecum, Balthasar, nostras has litteras concludamus, quemadmodum auspicati sumus, fac te deinceps ita geras, ut nostra haec admonitio haud frustranea[l] facta ac tanquam surdo fabula cantata videatur, sed exciteris laudatus et emenderis iuste correctus, quo et tam doctus quam diligentissimus tuus praeceptor absque gemitu, vera alacritate, ingenium tuum excolere possit. Qui si te, fratrem tuum vel, quod absit, utrunque simul, prorsus rebelles et incorrigibiles, tanquam ludi sui indignos, iuxta nostra ac parentis vestri decreta aliquando remiserit, vel vos ad reducendum nos sollicitaverit, nulla a nobis gratia vobis erit expectanda. Haec ex animo clementia peculiari vobis perscribere voluimus, ne nostrae vos voluntatis ignorancia excusare unquam possit. Datae ut supra.

Commissio Principis.
Christannus.

a) *in ms.* agrestam.
b) *supra lineam.*
c) *in ms.* evomeris.
d) *in ms.* imminetis.
e) *in margine.*
f) *correctum ex*: servantia.
g) *verbum correctum.*
h) *sequitur expunctum*: gratia.
i) *in ms.* ipso.
j) *correctum ex*: arbitemini.
k) *in ms.* secernetur.
l) *in ms.* frustanea.

N. 1754.

E Regio Monte, 19.II.1540.

Albertus dux in Prussia
Fabiano Czema, succamerario Pomeraniae,
de regis senioris infirma valetudine et de ordinum Regni inter se discordia dolet; de prudenti regis iunioris ad eosdem ordines habita oratione laetatur; rogat, ut negotia sua apud utrumque regem promovenda curet et novitates scribat.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 404-405.

N. 1755.

E Regio Monte, 20.II.1540.

Albertus dux in Prussia
Ioanni Tarnowski et Lucae a Górka (mutatis mutandis),
Nicolao Nibschitz « nonnulla arduissima negotia » *eis secretius proponenda se commisisse significat et rogat, ut ei nomine suo loquenti in omnibus fidem praebeant.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVI, NN. 623, 624.

Ostpr. Fol., vol. 51, f. 210.

N. 1756.

E Regio Monte, 21.II.1540.

Albertus dux in Prussia
Spytconi Tarnowski, castellano Radomiensi, R.P. thesaurario,
cum tota domo sua eum salutat et precatur, ut Comitia, iam feliciter inchoata, « optimum, optatum, tranquillum et pacificum exitum consequantur..., quo tandem unanimi omnium... consensu immani Christianitatis hosti obviam iri posset »; *rogat, ut annuum salarium sibi a rege debitum in manus Iosti Ludovici Decii persolvendum curet.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVI, N. 629.

Ostpr. Fol., vol. 51, f. 211.

N. 1757.

E Regio Monte, 22.II.1540.

Albertus dux in Prussia
Iosto Ludovico Decio
pro litteris commendaticiis ad electores Saxoniae et Brandenburgensem, necnon ad ducem Legnicensem datis, tantam eius gratiarum actionem superfluam fuisse scribit; pro vino apiano gratias agit; ut Comitia Regni Cracoviae inchoata bene procedant, precatur, sed dolet hucusque nihil in eis ceptum esse; celerem regi convalescentiam exoptat; de re monetaria et de novitatibus sibi significatis sententiam suam profert. (Schedula: 2000 aureorum ab Eustachio Vogelweyder sibi procurari petit).

Cfr. El. XLVIII, NN. 338, 339.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 405-408v.

An Jobstenn Ludwigen, den 22 Februarii.
Erstlichen, was anlangt die furdernusbrief. Item die lagel muscatell. Item von der zusamenkonft der stende zu Polan uff dem landtag. Item die schwacheit ko.mt. zu Polan. Item von der steuerung wider den Turckenn. Item wie es ein gestalt hat mit der muntz. Item des dinstgelts halben, das ko.mt. zu Polenn etc. meynem gnedigsten herrn

phlege. Item das er wolle Eustachio Vogelweydern bevelen, das[a] mein gnedigster herr von ime zwetausent gulden bekhommen möge.
Unsern gunstigen grus und genedigen willen zuvorn.
Edler, lieber, getrewer.

Wir haben drey schreyben von euch bekhommen und ires inhalts, die wir aber alle lenglicht zu erwiddern, damit wir euch mit uberflussigem lesen nicht geschweren, vonunnoten achten, mit gnaden eingenommen. Erstlich wher der dancksagung der furschriften halben in euren sachen ahn unsere ohemen, vettern und schwegere, die churfursten und fursten Sachsenn[1], Brandenburgk[2] und Lignitz[3] gethan, gar unnotig gewesen, dan es von uns auss genedigem, gewogenen willen euch zu besondern gnaden, als dem wir yhn mehrem zu wilfharen genediglichen geneigt gern bescheen. Uns wher auch gantz lieb, wann euch solche furdernusschriften, als wir hoffen, zum besten gereichten. So wir euch auch dorinne und andern weyter furderlich sein khonnen, wollen wir uff ewer ersuchen mit gnaden zu thun unbeschwert sein.

Die lagel muscatell haben wir empfangen, und weyl desselbigen nicht besser vorhanden noch zu bekhommen gewest, mussen wir diesen also vor gut nemen. Thun uns demnach ewers gehalten vleiss genediglichen bedancken und wollen ewerem erbieten und schreyben nach des anderen weins auch gewertig seyn.

Das der landtag zu Crockaw den 15 Januarii angangen, auch viel stende der Cron einkhommen, hören wir gantz gerne, wunschen auch von Gott, dem Almechtigen, das der nicht allein angefangen besonder vormittelst des Heyligen Geists wirckung zu gottlicher eehre und preiss, alles was zu gemeyner christenheyt[b], furnemblich der loblichen Cron Polan und allerseits derselben zugethanen reichen, landen und leuthen wolfart, gedey und uffwachs dinstlich aussgericht und beschlossen werden möge.

Dobey aber ist uns zu hören, das uff solchem landtag hernachmals biss doher ewers letzten schreybens nichts angefangen, nicht lieb, zudem nach vil mehr beschwerlich und mitleidlich, das zwischen den stenden solche zwispeltigkeyt vormerckt soll werden. Dieweyl yr aber setzt, das wir wol abzunemen, wher diese vormischung anricht, mochten wir wol auss vorigem geschickten erwegung bey uns haben, sein aber dannacht desselben ungewiss. Aber damit wir derselben umb sovil dest gewisser, ist unser genedigs synnen, ir wollet uns in gutem verthawhen, sovil euch ymmer zymblich, dasselbig mitteylen, dann uns diese dinge, so zu zeruttung der Cronn nutzbarkheyt gereichen mochten, zu vornemen hoch beschwerlich, und herwiderumb, wan alle sachen nach dem besten vorricht und aussgiengen, erfreulich, gutlich bittendt, ir wollet uff dieser loblichen zusamenkonff bey den herrn prelaten und allen andern stenden, do es euch gutt deucht sein unser bestes wissen, auch freuntschaft und gutten willen stiften und erhalten helfen.

Das aber ko.mt., unser genediger herre und freuntlicher, lieber ohem abermall mit solcher schwacheit behafft, auch sich mit essen und trincken, grober, undeulicher, roer speise unordentlich und neben dem irer doctor rath yhn allem nicht gemess helt, ist uns yhn rechter warheyt bekommerlich und mitleidlich. Der Almechtige wolle seyne ko.mt. zu langen zeiten fristen und mit gnaden erhalten. Dieweyl aber sein ko.mt. numehr ein[c] alter konigk und ire gewonheit mit der speysung alse gehabt, besorgen wir uns, das s.ko.mt. numher[d] auss solchem schwerlich, wann ein plutzliche

vorenderung bescheen solte, one grossern nachteyl und eben so baldt derselben zu mehren schaden denn fromen zu prengen sein werden.

Das man auch willens sein[c] ko.mt. yhn dieser ferlikeit und schwacheyt gen Littawenn zu fhuren, wusten wir fur uns, wo wir dısfals umb unser gutduncken angelangt, kheyneswegs zu raten, auss dieser befharung das dardurch irer ko.mt. ahn derselben gesuntheyt nicht geringe behinderung bescheen mocht. Wo aber solcher zugk auss bedencklichen, wichtigen ursachen yhe nicht konte ader mochte anstehen, sehen wir viel lieber, das man die junge ko.mt. ahn die orth mit statlicher vorsehung schicken thet, in anmerckung, das es, Gott lob, mit der jungen ko.mt. also weit gediehen, das dieselb dennacht durch gottliche vorleyhung yhn dem verstandt, dardurch sie alter ko.mt. iren herren vater, in der regirung mit hulff etwas damit derselben die fhar vonwegen irer leiplichen gesuntheyt entnommen, entsetzen khonnen.

Herrn Lassky handlung und das also seltzame reden von ime und seynem zugk yhn die Turckey gehen, desgleichen auch auf jnen bestelt, geben uns allerley seltzame nachdenken. Begeren demnach mit sondern gnaden, sovil euch yhn diesem fhal zimblich und yr des wissenschaft habt oder bekommen möcht, uns ewer urtheyl und gutduncken, auss was ursachen und durch wen also uff jnen bestelt mög sein, vortreulich anzuzeigen, dann wir es darfur halten wollen und hoffen, das ehr, als ein christ, von nichts anders wegen, dann umbs guten willen yhn die Turckey gezogen.

Die ferdinandischen bothschafter werden numher, unsers vorsehens, abgefertigt seyn und vileicht ethwas mehr, dann eroffnung halben des landes gehandelt haben. Dieweyl euch dann solchs, als eyner vertrauten person, ungezweyfelt nicht vorborgen pleibt, begeren wir des auch, sovil zimblich, euer gutwillige mittheylung.

Der neuen zeitung und anzeigung der bewilligten Turckenn hilff der underosterreichyschen lande und Schlesienn, seint wir gegen ewer person gnediglichen danckbar und wunschen, das solche steuer wider den Turckenn gemeyner christenheit zu trost und besten fruchtbarlich und wol angelegt werde. Wes auch dergleichen und allerley zeitungen weyter furfelt und an euch gelangt, wollet uns hernachmals auch theylhaftig zu machen unbeschwert sein.

Und nachdem yr under solchen zeitungen von andern contracten, so zwuschen romischer key.mt.[4] und ko.w. zu Franckreich[5] neben der heyratsstiftung aussgericht sein sollen, anzegung thut, ist unser genedigs synnen, wes nu daran und euch disfals auch bewust, uns gutwillig mitzutheylen, damit wir uns yhn dem, wes zu gemeyner christenheit wolfart dienet, zu erfrewhen und des jegenspils, das Gott mit genaden abwenden, zu bekhommen. Und wiewol von dem grosen geld, so key. mt. zugute yhn teutzsche landt erlegt sein solle vil reden und deutungen uff Engelanndt, Geldernn, Denmarck, Hungarnn etc. gehen, so verhoffen wir doch, Gott der Almechtige genediglichen vorhelffen werde, das solch gelt ahn der orth kheynem, do cristlich plut vorgiessen, geschehen mocht, besonder wie billig und notig wider den erbfheindt der christenheyt, den Turckenn, gewandt werden soll, damit die hohen heupter alle neben solchem grossen gelde auch das ire darthun und den grausamen vheindt umb sovil destatlicher mit gesampter zusamensetzung und hulff abprechen und des von dem Allmechtigen, gnade, heyl und wolfart uffs treulichste bitten. Und ob wir wol diese wort, das man mit dem Turckenn[6], Franckreich, Venedig, babst[7] und andern frieden anzustellen bedacht, zu gemuthe

zihen und das gelt nicht mynder ihn teutzsche landt gemacht, so achten wir gleichwol bey uns, wann solchs an krieg gewandt werden solt und ahn den bestimpten orten der friede getroffen, so muste es yhe einheimische emporung, krieg und jemerlich christlichen plutvorgiessen einfhuren und prengen. Jdoch wollen wir mit euch hoffen, der liebe Gott werdt es alles zum besten wenden.

Sovil auch ewer schreyben der muntz halben anlangen thut, ist nicht ahn. Wir haben bey uns auch zu ermessen, das es mit der muntz die gestalt hat, wie ewer schreyben mitbringt. Und ist uns darauf vorigem unserm schreyben nicht zuentgegen, das sylber uff sylber gelt und pagament uff groschen, was das erreicht, gemuntzt. Und wiewol wir, wo es ymmer möglich, gantz gerne umbgangen sehen, das die pfennige nicht gemuntzt, so wollen wir doch zulassen, wo yr yhe nicht anderst die muntz zu erhalten wist, das die pagament zu pfennigen, jdoch, das der ein anzal und sovil wir uns des mit euch beraten und vonnodten sein, vermuntzt, auch zum theyl hie in lande gelassen und die andern verfurt werden. Doch wollet, sovil euch ymmer möglich, allen getrewhen vleiss vorwenden, das der pfennige am wenigsten gemuntz und die selbern dagegen umb sovil bass gefurdert. Das auch unsere muntz ahn vielen und weitern orten so genge und angeneme, das man damit an verlust biss gen Venedig, Rom etc. zihen mag, haben wir gantz gerne gehort. Mogen euch aber dagegen genediger meynung nicht bergen, das unser diener und bathen, so wir hin und wider vorschicken, vast ahn allen orten ahn unser muntz vorlieren mussen, zudem, das man die ahn vielen orthen nicht nemen wolle und steiget gleichwol alhie der renisch gulden so hoch, das wir zwen groschen uff gelt geben mussen. Nu konnen wir uns darinne nicht vorrichten, wes doch die ursach und warumb an unser muntz zu vorlieren. Ist demnach unser genedigs begeren, ir wollet uns in dem des grundes berichten und euher gutbeduncken mittheylen.

Und dieweyl die zeit vast vor der handt, das das dienstgelt, so uns ko.mt. phlege fhellig, so begeren wir gantz genediglichen, ir wollet mit vleiss verfurdern helfen, das uns solch gelt ins erste alhie auss der muntze, zu erhuttung fhar und nachteyl, möge entricht und erlegt werden. Damit yr solchs auch dest besser zu furdern, schicken wir euch hiebey eynen brief desshalben ahn den herrn schatzmeistern, daneben die quitantz mit unserm grossen anhangenden insigell. Die hapt ir gegen uberantwortung des geldes ader gewisen bescheidts entrichtung desselben zu behendigen. Wollet auch daneben unbeschwert sein, unserm rethe, Nickel Nipschitzenn hundert gulden dienstgelde dieses jars fhellig, sofern ime solchs von euch, vermöge unsers vorigen schreybens nicht entricht, von unsertwegen zu[f] entrichten und abzulegen. Das alles gereicht uns zu besonderm gefallen in gnadem widderumb zu erkhennen. Und haben euch solchs uff ewer schreyben genediger wolmeynung nicht verhalten wollen. Datum Konigsperg, ut supra.

Commissio Principis ex
relatione Secretarii.
Princeps audivit legere presente
hoffmeister, burgravio et Kunheim.

Cedula

Nachdem wir uns auch jhe und alwegen aller gönstigen furdernus und gutten willens zu euch vorsehen, so ist unser genedigs begeren, yr wollet ewerem diener, dem ersamen, unserm lieben, besondern Eustachio

Vogelweydernn, bevelen, das wir bissweylen zu unser notturft und ehafft ein zweytausent gulden von ime bekhommen mögen. Das soll alsdan alwegen am schlegschatz abgekurtzt, oder euch sonst in ander wege zu gutem danck entricht werden. Datum, ut supra in literis.

a) *sequitur expunctum*: er.
b) *sequitur expunctum*: freunt.
c) - d) *in margine.*
e) *correctum ex*: seines.
f) *supra lineam.*
1) *Ioannes Fridericus.*
2) *Ioachimus II.*
3) *Fridericus II.*
4) *Carolus V.*
5) *Franciscus I.*
6) *Solimanus II.*
7) *Paulus III.*

N. 1758.

E Regio Monte, 22.II.1540.

Albertus dux in Prussia
Nicolao Nibschitz
rogat, ut nomine suo et coniugis suae [Dorotheae] reginae Isabellae felicem partum a Deo precetur; de Comitiis Regni ob ordinum discordiam male procedentibus et de regis senioris aegritudine dolet; de negotio Alexandri Kurtzbach et fratris eius de pecunia cum Nicolao Schritzki (Iskrzycki?) eis intercedente iterum refert; pro novitatibus sibi missis de legatis papae [Pauli III], regis Romanorum [Ferdinandi I] et Tartarorum gratias agit; novitates expetit; negotium regundorum finium commendat.

(Germanice)

Cfr. El. XLVIII, NN. 336, 338.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 408v-411.

N. 1759.

E Regio Monte, 1.III.1540.

Albertus dux in Prussia
Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, R.P. exercituum capitaneo,
pro obsequiis et animo amico benevoloque gratias agit, ipse amicitiam promittit; ad componendas controversias inter Stanislaum Kostka et Achatium Czema intercedentes libenter operam suam se interpositurum pollicetur; rogat, ut de processu Comitiorum Cracoviensium et de rebus novis sibi scribere velit.

Cfr. El. XXXVI, N. 625. El. XLVIII, N. 342.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 212-215.

Ad Dominum Ioannem Comitem a Tarnaw, I Martii.
Literae officiosae.
Intelleximus[a] ex Nobilis atque Generosi fidelis nobis dilecti, Nicolai Niptschitz a Bartsch etc., consiliarii nostri, literis, quomodo Illustritas Vestra inter caetera tam magnam atque honorificam nostri mentionem erga ipsum nuper fecerit, atque adeo etiam, ut Illustritas Vestra fidem

illi dederit, eandem perpetuo amicum nostrum summum et mansuram et morituram, additis multis aliis amicissimis verbis ac promissionibus, videlicet quod illa non solum in vera fidelitate, christiana charitate et amicitia diem nobiscum obire, sed etiam necessitatis tempore omnes facultates suas ac corpus denique ipsum pro nostra persona exponere velit etc. Quae omnia cum non dubitemus ex sincero corde profecta esse, agimus et habemus Illustritati Vestrae eas, quas possumus maximas, gratias. Nihilque, ita nos Deus bene amet, nobis inter caetera fortunae bona gratius accidere posse arbitraremur, quam si debitis nostris obsequiis eos vicissim nos praebere possemus, quo Illustritas Vestra nihil aliud in nobis, quam firmam et stabilem amiciciam candidumque amorem ac liberalitatem sentiret atque experiretur. Ea enim ipsa amicitia ac familiaritas, quam Illustritas Vestra nunquam a nostra segregaturam se pollicetur, nobis tam erit grata, ut etiam cupiamus illam perpetuo retinere firmam[b)] ac indissolubilem. Imo cum Illustrem olim et Magnificum Dominum Christophorum a Schidlowitz, Illustritatis Vestrae praedecessorem, fratrem et amicum nostrum omnium charissimum foelicis memoriae, tanto studio uti fratrem germanum dilexerimus, non minori profecto studio et amore Illustritatem quoque Vestram prosequi ex animo cupimus. De quo ut Illustritas Vestra nihil quicquam dubitare velit, etiam atque etiam fraterne petimus, enixe rogantes, ut Illustritas Vestra, si quando occasio ita sese obferet, periculum facere non dedignetur. Dabimus enim operam, ut quod verbis promittimus, re tandem nacta occasione praestare queamus.

Porro percepimus ex praedicti consiliarii nostri, Nicolai Niptschitz literis, Illustritatis Vestrae amiciciam tunc demum nullam maculam passuram perpetuoque duraturam esse, cum eadem intellexerit, nos Nobilem ac Generosum sincere nobis dilectum Dominum Stanislaum Koska, Thesaurarium Marienburgensem etc., in favorem et gratiam nostram recepisse. Nos equidem[c)] pro nostra persona[d)] nullam scimus causam, quae animum nostrum ad aliquam adversus illum inclementiam (nisi ad alia nobis occasionem praebiturus esset, quod tamen facturum ipsum neutiquam speramus) merito commovere possit. Quare cum dictus iam Dominus Koska nihil aliud sibi de nobis, quam summam clementiam polliceri debeat, firmam spem habemus, Illustritatem Vestram neutiquam permissuram, ut huiusmodi inter nos inita et confirmata amicicia quoquo modo labefactari queat. Imo multo magis operam eandem daturam confidimus, ne vel hoc vel ullo alio casu eam dirimi sinat. Ad quam quidem conservandam nos, quantum in nobis erit, omnem adhibituri sumus diligentiam, ac si praenominato Domino Koska ulla in re prodesse clementer poterimus, faciemus id Illustritatis Vestrae nomine summo studio atque diligentia singulari.

Postremo, quod[e)] simultates ac controversias inter saepe dictum Dominum Stanislaum Koska et Generosum Dominum Achacium Zemen, Castellanum Gedanensem etc., attinet, libenter nostram hac quoque in re cum Reverendo in Christo Patre, Domino Ioanne Episcopo Warmiensi[1)], ad Sacrae Regiae Maiestatis Poloniae, Domini et avunculi nostri clementissimi, mandatum interponeremus operam. Verum non satis perspectum ac cognitum habemus, an ipse Dominus Koska amicam compositionem volet recipere. Itaque si ex illius responso, quod fortassis daturus est, cognoverimus, non repudiaturum se amicam transactionem, atque ea res ad nos[f)] pervenerit, libenter nos Illustritatis Vestrae gratia cum praefato Domino Episcopo Warmiensi laborabimus tentabimusque,

an eas inter illos controversias bona cum gratia possimus componere. Sin minus ac partes in amicam transactionem consentire neutiquam vallent, non speramus futurum, ut propter hanc et[h)] quidem alienam causam, quae nihil ad nos pertinet, haec inter nos inita amicitia, quae tanquam haereditario quodam iure a Domino Castellano Cracoviensi foelicis memoriae[2)] ad Illustritatem Vestram pervenit, tam facile dissipari ac dirumpi debeat, sed multo maiorem spem ac fiduciam habemus, eandem familiaritatem atque amicitiam semper firmam, stabilem et constantem futuram perpetuoque duraturam.

Et cum non ignoremus, celebrari nunc Cracoviae Generalia Regni Comicia, quibus Deus Optimus Maximus cum Sancto suo Spiritu clementer adesse velit, rogamus Illustritatem Vestram et quidem fraterne, ut illa nos de iis, quae isthic agantur quaeque scribi possint, praesertim autem[h)] de rebus novis, certiores reddere non gravetur. Id nos summo studio atque diligentia erga Illustritatem Vestram, quam Christo Salvatori unice commendamus, promereri studebimus. Quae bene foeliciterque ad nestoreos usque annos valeat. Datae ut supra.

Commissio Principis ex relatione Cancellarii
et Cancellarius audivit legere.
Hyeronimus.

a) *correctum ex*: intellimus.
b) *correctum ex*: formam.
c) - d) *in margine.*
e) *in margine.*
f) *sequitur verbum expunctum.*
g) *sequitur expunctum*: aliam.
h) *in ms.* aut.
1) *Dantiscus.*
2) *Christophorus Szydłowiecki.*

N. 1760.

E Regio Monte, 1.III.1540.

Albertus dux in Prussia
Nicolao Nibschitz
de perpetua ac fraterna amicitia a Ioanne Tarnowski, ad instar defuncti soceri eius, Christophori Szydłowiecki, sibi oblata gaudet; sperat fore, ut controversia inter Stanislaum Kostka et Achatium Czema intercedente, cui Ioannes Tarnowski etiam implicatus appareat, haec amicitia minime attenuetur; contra iniustas accusationes, quasi in negotio exportationis frumenti commodum suum quaereret, se defendit; de finibus iussu reginae regendis et terminandis gaudet; pro opera eius in negotio Gregorii Franck adhibita gratias agit et rogat, ut causam hanc promovere pergat.

(Schedula: de tentoriorum fabro, cuius operam proceribus Polonis commendat).

(Germanice)

Cfr. El. XLVIII, N. 342.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 411v-414.

N. 1761.

E Regio Monte, 2.III.1540.

Albertus dux in Prussia
consiliariis Magni Ducatus Lithuaniae
de Anna Radziwiłł, Nicolai Kiežgajło vidua, cuius operarii silvestres signatas limitum arbores exciderunt, queritur et rogat, ut dictam viduam eo adducant, « quo ea loca, in quibus granicierum arbores positae fuerunt, de novo claris atque perspicuis signis notentur signenturque ».

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 215-218.

Consiliariis Magni Ducatus Lithuaniae, II Martii.
Respondet ad dissectas granicierum arbores.
Obsequia nostra amica et quicquid grati praestare possumus.
Salutem et benevolentiam nostram.
Reverendi in Christo Patres, Magnifici ac Generosi, Amici Fratresque Charissimi.

Accepimus Reverendarum Paternitatum et Magnificenciarum Vestrarum literas, Vilnae prima Februarii praesentis huius anni datas, ex quibus primum intelleximus ea, quae Nobilis ac Generosa Anna Radwilowna, Domini Kiesgal[1] etc. relicta vidua cuius operarii seu laboratores sylvarum non modo ultra fines ligna caedendo progressi, verum etiam[a] ipsas signatas granicierum arbores exciderunt, qua de causa ad eam scribere compulsi fuimus) coram Reverendis Paternitatibus et Magnificentiis Vestris retulit. Quam ob rem Reverendae Paternitates ac Magnificentiae Vestrae nos rogant, ut a talibus novis signis ponendis pro finibus nostros cohibere et rem[b] omnem usque ad recognitionem generalem finium inter Magnum Ducatum Lythuaniae et Ducatum nostrum Prussiae diferre, necnon veniam ipsi Dominae Kisgalowa dare velimus, quo libera esset ab huiusmodi instauratione limitum, non enim id ad eam solam, sed ad totum corpus Magni Ducatus Lythuaniae spectare etc., prout Reverendarum Paternitatum et Magnificentiarum Vestrarum literae latius in se continent.

Nos autem non parum miramur, quod praedicta Kisgalowa signatas et servatas granicierum arbores, quae non nuper adeo, verum, uti ad nos relatum est, multo ante annos eam ob causam, ut Magnum Ducatum Lythuaniae a Ducatu nostro Prussiae segregarent, positae, signatae et pro graniciis semper servatae sunt, nunc demum, cum praeter omnem aequitatem huiusmodi arbores dissecatae sint, negare aut ad minus dubitare ausit granicierum arbores fuisse, sicuti ex Reverendarum Paternitatum Magnificentiarumque Vestrarum, necnon ipsius viduae literis, clarius cernere licet, indicans se nec egisse aliquid adversus nos, nec ulla granicierum signa abstulisse. Cum tamen ipsa non sit nescia, quod non tantum aliquot arbores, quae pro graniciebus[c] signatae fuere, excisae sint, verum etiam plures easdemque bonas ultra fines, in Ducatu nostro Prussiae, discindi permiserit, itaque cum talia in medium proferre[d] non vereatur, cogimur nos in eo sic acquiescere. Speramus autem Reverendas Paternitates et Magnificentias Vestras postmodum, cum finium et granicierum recognitio inchoabitur, perspecturas et cognituras esse, a qua parte verum prolatum sit, aut damnum aut peccatum admissum.

At cum non modo nunc, verum etiam antea saepius, in caedendis granicierum arboribus et movendis terminis multa nobis a vicinis nostris

Magni Ducatus Lythuaniae damna illata sint, et nunc iterum, prout quilibet bonus facile cernere potest, tentata, qua ex re non nobis solum, verum multo magis Sacrae Regiae Maiestati Poloniae, Domino et avunculo nostro clementissimo, eiusdemque feudo ingens exoritur damnum, quibus omnibus in tempore ut praeveniamus, ratio iuramenti nostri praestiti in primis a nobis postulat atque exigit. Haud possumus vel hac de causa eiusmodi facinora et iniurias diutius perferre, sed cogimur talia limitum signa ac granicies, donec termini inspiciantur pro veris, uti esse credimus et speramus, servare et agnoscere, firmam spem concipientes, Reverendas Paternitates Magnificentiasque Vestras, tanquam amatores pacis atque iusticiae, id curaturas atque ipsam viduam, quod amice rogamus et clementer petimus, eo perducturas esse, quo ea loca, in quibus granicierum arbores positae fuerunt, de novo claris atque perspicuis signis notentur signenturque, et ut illi, per quos talia facinora perpetrata sunt, debita poena, iuxta ordinationem iuris, aliis ad terrorem puniantur. Nihilominus ut Reverendae Paternitates et Magnificentiae Vestrae eam curam atque diligentiam adhibere velint, ne huiusmodi irruptiones et damna deinceps committantur, sed ut quilibet in eo, quod ratione iuris et aequitatis ad ipsum spectat, defendatur conserveturque. Quod nos pro nostra persona vicissim facturos ac curaturos promittimus. Atque haec omnia Reverendis Paternitatibus et Magnificentiis Vestris, quas omnes Christo Salvatori commendamus et diu foeliciter valere cupimus, responsi loco significanda duximus. Datae ut supra.

Commissio Principis ex relatione Cancellarii.
Idem Cancellarius audivit legere.
Hyeronimus.

a) *sequitur expunctum*: sig.
b) *sequitur expunctum*: omnem.
c) *correctum ex*: graniciis.
d) *sequitur expunctum*: ausit.
1) *Anna Radziwiłł, vidua Nicolai Kieżgajło.*

N. 1762.

E Regio Monte, 2.III.1540.

Albertus dux in Prussia
Annae Kieżgajłowa (Kiesgalowa)
responsum eius ad priores litteras suas, de limitibus et dissectis limitum signatis arboribus tractantes, se accepisse nuntiat; postulat iterum, ut loco dissectarum arborum alia perspicua signa, limites clare indicantia, « in utriusque partis praesentia » *de novo ponantur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 219-220.

N. 1763.

E Regio Monte, 2.III.1540.

Albertus dux in Prussia
Samueli Maciejowski, episcopo Chelmensi,
rogat, ut negotium imperialis banni contra se publicati regi, oratores ad imperatorem missuro, in memoriam revocet.

Cfr. El. XXXVI, NN. 626, 627.

Ad Dominum Samuelem Matziowski, II Martii.

Petit Caesareae Maiestati[1] in memoriam revocare et apud eandem

instare, quo illa excommunicatio sive imperiale bannum tandem prorsus tollatur atque abrogetur.

Obsequia nostra amica et quicquid grati praestare possumus.

Reverende in Christo Pater, Amice Charissime.

Non dubitamus, quin Reverenda Vestra Paternitas in recenti adhuc memoria habeat, quomodo Sacra Regia Maiestas Poloniae, Dominus et avunculus noster clementissimus, cum grave illud imperiale bannum adversus nos et has Prussiae terras publicatum esset, ad Romanam Caesaream Maiestatem elapso tempore scripserit pecieritque, quo Caesarea illius Maiestas tale bannum abolere clementer dignaretur. Et cum Regia ipsius Maiestas tunc temporis praemissa inhibitione nobis atque nostris iniunxerit, ne quis ad ullam Camerae citationem coram imperiali iudicio compareret, nobisque haud dubium sit, quin Regia ipsius Maiestas oratores suos nunc ad Caesaream illius Maiestatem in Inferiorem Germaniam ablegatura, aut ad minus ad eandem scriptura sit, rogamus Reverendam Paternitatem Vestram et quidem amice, ut illa non gravetur Maiestati Regiae tale negocium in memoriam revocare adeoque summa diligentia apud eandem promovere, quo Regia illius Maiestas huius negocii iterum apud Caesaream Maiestatem per oratores suos meminisse clementer velit adeoque praecibus contendere, ut et excommunicatio sive bannum illud imperiale in totum abrogetur et misera haec Prussiae terra hoc nomine metu ac periculo liberari queat. Sicuti Reverendam Vestram Paternitatem studiose istud facturam non diffidimus. Nos dabimus operam, ut Reverendae Paternitati Vestrae in re longe maiori vicissim gratificari queamus. Quae bene foeliciterque valeat. Datae ut supra.

Mutatis mutandis ad Dominum Paulum de Volia etc.

Commissio Principis ex relatione
Georgii Hack.
Cancellarius audivit legere.
Hyeronimus.

1) *Carolus V.*

N. 1764.

E Regio Monte, 2.III.1540.

Albertus dux in Prussia
Nicolao Nibschitz
rogat, ut apud cancellarium et vicecancellarium Regni diligenter instet, quo regi, oratores ad imperatorem mittenti, negotium imperialis banni contra se lati in memoriam revocent et commendent.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 414-414v.

Ahn Nickel Nipschitzen, den 2 Marcy, der acht halben.

Nachdem dir one zweyfel noch wol bewust, welcher gestalt ko.mt. zu Polann etc., unser genedigster her und freuntlicher, lieber oheim, vergangener zeit, als wir mitsampt unsern landen und leuten yhn die acht erklert worden, ohn die romische kay.mt.[1) a)] geschrieben mit freuntlichem begeren, das seyn key.mt.[b)] solche acht genediglichen abschaffen wolten. Warauf dan ko.mt. zu Polann etc. durch ein inhibition uns auferlegt, das weder wir, noch jemants von den unsern, vom camergericht auf einiche citacion erscheynen wolten. Weyl wir nun nit zweyfeln, ire ko.mt. ytziger zeit ire gesandthen ahn hochgemelte key. mt. yhn kurtz

abfertigen oder aufs wenigst an dieselb schreyben werden, so ist unser genedigs begeren an dich, du wollest neben den beden herren, ober[2]— und unthercantzler[3], welchen wir hieneben auch geschrieben, bey ko.mt. embsigs vleiss anhalten, damit ire ko.mt.[c] dyser sachen gegen romischer kay.mt. auch genediglichen ingedenck seyn wolten, auf das solche acht doch einmal mocht abgeschaftt werden, wie wir dan nit zweyfeln, du deyner geschickligkeyt nach, dem wol zu thun wirdest wissen. Das haben wir dir genediger meynung unangezaigt nit wollen lassen. Datum Konigspergk, den 2 Marcy.

Commissio Principis
ex relatione Cancellarii.
Jheronymus.

a) - b) *in ms. bis scriptum.*
c) *sequuntur duo verba expuncta.*

1) *Carolus V.*
2) *Paulus Wolski.*
3) *Samuel Maciejowski.*

N. 1765.

E Regio Monte, 21.III.1540.

Albertus dux in Prussia
episcopo Vladislaviensi [Lucae a Górka]
causam Annae, defuncti Gerth a Wauhen (vel Gauhen) relictae viduae, commendat et rogat, ut ei iustitiam administret et tantum efficiat, « quo res, quas debito iure deberet possidere, consequatur ».

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 222-223.

N. 1766.

E Regio Monte, 24.III.1540.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
ad litteras regias, Ioannem Goliński (Gołyński) commendates, respondet.

Cfr. El. XXX, N. 198, El. XXXVI, N. 621.

Ostpr. Fol., vol. 51, 223-225.

Ad Regem Poloniae, XXIIII Martii.

Petit commissarios constitui, qui Golinski bona aestiment.

Ex Sacrae Maiestatis Vestrae literis, datis Cracoviae XXII Februarii, intellexi, quo pacto Sacra Maiestas Vestra Regia Iohannem Golinski nunc mihi denuo commendet, clementer petens, ut illi, si fieri possit, bonorum possessionem relinquam; si minus, cum fratre eum potius, quam cum alieno quopiam contractum facere permittam. Postremo, si istorum nullum concedendum putem, ut praesens ei et integra pecunia numeretur et non minutatim constitutis temporibus solvatur. Non dubito, quin Sacra Maiestas ex Nicolao Niptschitz, Sacrae Maiestatis Vestrae Regiae aulico, legato necnon consiliario meo, totius negotii seriem plenissime intellexerit. Praeterea quibus gravissimis de causis sim commotus Iohanni Golinski demandare, ut sua bona (propter Sacrae Maiestatis Vestrae Regiae multorumque aliorum Regni Polonici summae con-

ditionis et ordinis frequentem petitionem intercessionemque, quorum nomine vel aliquid aliud fieri debebat) vendat. Cum vero Sacra Maiestas Vestra Regia in causae commodum commissarios, qui ista bona aestiment, secundum meum decretum constituere decreverit, constituam ego et meos pro mea commoditate ulteriorique Iohannis Golinski petitione, quo bona secundum valorem regionisque huius usum et consuetudinem aestimentur et sic omnia debito modo agantur, ne Golinski contra aequitatem de ulla iniuria merito conqueri possit.

Praeterea cum Sacra Maiestas Vestra Regia in iisdem scriptis etiam commemoret, quae amplissimi ordines ac status Regni Poloniae petierint, nihil dubito, quin Sacra Maiestas Regia Vestra me, quare Iohannem Golinski propter perpetratum scelus ferre non possim, praeterea etiam quam ob rem eum cum fratre (quandoquidem poena esse debeat) contractum facere non permittam, abunde excusatum habitura sit. Sed ut Sacra Maiestas Vestra Regia me eorundem[a] postulationes non parvi, sed magni facere, praeterea etiam voluntatem ac animum erga Sacram Maiestatem Vestram Regiam tanquam fidelis feudatarii in omnibus pro viribus gratificandi promptum ac paratum intelligat, summa opera curabo, ut ultimae Sacrae Maiestatis Vestrae Regiae postulationi locus detur, quo videlicet praefatus iam Golinski, cum bona ita sint aestimata, ne Sacrae Maiestatis Vestrae Regiae feudi servitia in praeiuditium mei, ditionis vel etiam subditorum meorum debilitentur, pecuniam omnem praesens simul et semel, etiam contra communem usum et consuetudinem, accipiat, qua deinde suo arbitrio uti poterit, quo tandem (cum pecunia sic praesens numeretur) nec sibi nec fratri aliquid decedat. Diligenter subditeque orans, ne quid Sacra Maiestas Vestra Regia de me suspicetur, quod fortasse non plus hac in re concesserim, sed potius me propter iam saepe praedictas beneque ponderatas causas clementer amiceque excusatum habeat. Quacunque in re Sacrae Maiestati Vestrae Regiae, pro mea imbecillitate, debitam et gratam voluntatem praestare potero, tanquam consanguineus et obediens feudatarius sedulo lubens faciam, me meosque miseros clientes in Sacrae Maiestatis Vestra Regiae tutelam diligenter commendans... Datae ut supra.

Commissio Principis ex relatione Schurstabii.
Magister Christophorus.

a) *in ms.* earundem.

N. 1767.

E Regio Monte, 24.III.1540.

Albertus dux in Prussia
episcopo Vladislaviensi [*Lucae a Górka*]
ex litteris Nicolai Nibschitz se intellexisse nuntiat, « quomodo longa illa controversia homicidii causa inter nobiles Gregorium Francken et Christophori Nackel [*Danaborski*] interfecti adfines consanguineosque exorta, bona cum gratia composita sit et transacta », *idque potissimum opera eius et auxilio, pro quibus ei magnas agit gratias.*
(Sub textu: Mutatis mutandis ad Dominum Andream de Gorckau. Item ad Dominum Cotzieletzki).
(Latine)
Cfr. El. XXXVI, N. 631, El. XLVIII, N. 346.
Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 226-227.

N. 1768.

E Regio Monte, 24.III.1540.

Albertus dux in Prussia
Erasmo Eustachio, canonico Vilnensi, plebano et teloneatori Caunensi,
pro Ioanne Feierabent, subdito suo, intercedit et rogat, ut ligna in silvis regiis empta libere sine impedimento auferre possit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 227-228.

N. 1769.

E Regio Monte, 24.III.1540.

Albertus dux in Prussia
statibus et ordinibus Regni Poloniae
ad litteras eorum, 23.II.1540 pro Ioanne Goliński (Gołyński) datas, respondet se ultimam eorum petitionem esse exsecuturum, « quo videlicet aestimatis iam bonis secundum communem consuetudinem ac usum, ita tamen, ne servitia in Sacrae Regiae Maiestatis feudi, itemque nostri, ditionis clientumque nostrorum praeiudicium mutentur, Iohanni Golinski omnis pecunia, quod alioqui fieri non volet, praesens numeretur ».

(Sub textu: Mutatis mutandis ad Episcopum Cracoviensem [*Petrum Gamrat*]*).*

(Latine)

Cfr. El. XXXVI, NN. 620, 621.
Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 228-230.

N. 1770.

E Regio Monte, 24.III.1540.

Albertus dux in Prussia
Nicolao Nibschitz
ad instantiam ordinum et regis se consentire nuntiat, ut bona Ioannis Goliński iuxta consuetudinem loci aestimentur, etiamsi ob horrendum scelus ab eo patratum severius cum eo agere deberet.

(Germanice)

Cfr. El. XLVIII, N. 345.
Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 414v-415.

N. 1771.

E Regio Monte, 25.III.1540.

Albertus dux in Prussia
Nicolao Nibschitz
de summa 100000 aureorum pro redemptione Ducatuum Opoliensis et Ratiboriensis persolvenda; de Hieronymi Łaski in Turcia casibus; de negotio Gregorii Franck; de regis post Pascha in Lithuaniam statuto itinere; de controversia inter Stanislaum Kostka et Achatium Czema etc.

(Schedula: transmittit litteras cum gratiarum actione utrique comiti a Górka et Ioanni Kościelecki pro negotii Gregorii Franck promotione).

Cfr. El. XLVIII, NN. 343, 345.
Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 415-418v.

An Nickell Nipschitzenn, den XXV Marcii.

Erstlichen belangende die hundertt tausent gulden, so ro.ko.mt.[1] ko.w. zu Hungernn[2] zu ablosung der furstenthumb Oppeln etc. dargeben soll. Zum andern herrn Lassken handlung yhn der Turchey. Item Greger Franckens sachen. Item das ko.mt. zu Polann drey wochen nach Ostern sich nach Littauen erheben will. Item von der handlung zwuschen ehrenn Zcemen und Kossken etc.

Unser grus und genedigen willen zuvorn.

Erbar und ernvhester, lieber, getrewer.

Vor jungstem deynem schreyben, Hannsenn Golinssky belangende, haben wir nach ein schriefften, der datum stehett Crackau, ahm XVII Februarii gegenwertigs jhars, von dir bekhommen und seynes ynhalts allenthalben eingenommen. Was nur erstlichen die erclerung der dreyer tunckell artickell, nemblich die hundert tausent gulden, so ro. ko.mt. ko. w. zu Hungarnn etc. zu ablosung der furstenthumben Oppeln und Ratibaren dargeben soll etc.

Zum andern herrn Lassken handlung yhnn der Turckey etc. letzlichen von dem gram bewustes orthes betriefft, solstu es gewisslich darfur halten, wo wir dieselben puncten zuvorn also clar, wie jtzjundt aus deynem schreyben verstanden, das es die meynung solt haben, wir wolten dich yhnn dem unbeschwertt gelassen haben. Das wir aber gegen dir also offentlich und offt schreiben, geschicht auss sonnderm genedigen vertrawen, so wir zu dir haben, und bey dir als unserm alten lieben diener spuren, one das aber gegen eynem andern, wolten wir es wol unterlassen. Doch versehen wir uns, du wollest deynes dinsts keyne beschwerung wie dann bissher ungesparts vleiss beschehen, tragen, und diesselben, williglich viel mehr thun und heuffen wider abnemen lassen.

Als ferner von dir vormeldett wirt, das du jtzundt etwas mehr, dieweil du zu Krackau yhnn unsern geschefften ligen weder auff deynem hoffe vertzeren thust und doch solchs nicht von wegen gelts, sonder auss dinstlicher lieb und zuneigung gegen unser person vorwendest, nemen wir dasselbig, dein dinstliche zuneigung zu hohem dannck an. Solst uns auch hinwiderumb jder zceit als den erkentlichen fursten wie bissher verhofflich und ane rhum beschehen befynden.

Das du aber Greger Franckens sachen vleisslig, treulich vortgestellet, und ahm meysten von wegen derselben mit beschwerung der zcerung so lanng zu Crockau verzogen, hastu cristlich und woll, das du dich des guthen armen gesellen als deynes nechsten christenmenschen, dermassen mit trewen vleiss angenommen, gethan. Du werdest ungetzweifelt von dem lieben Gotth den ewigen lohn darfur empfangen, und er, Greger Franck, sampt seyner erlichen freunschafft werden es neben zimblicher vorgleichung vor deyne gehapte muhe, danckbarlich vordienen. Und wollen dir darauf yhn gnaden nit bergen, das wir algereit berurtem Greger Franckenn dein schreyben zugeschickt und doneben genediglich gerathen, dasjhenige deynem gutbedunken nach vorzustellen. Wie wir dan daran nicht zweiffen, er werde sich darjnn, als ein erhliebennder byderman, wolthettig erzeigen, und so balt solch gelt uns von jme zukompt, sol es dir unseumblich zugeschickt werden, und haben gereith vor der zceit, dich deynes dinstgelts zu entrichten Jobstenn Ludwigenn, bey dem magstu anreden, bevelich auferlegt.

Wir wollen auch unser sachen gleich, wie du mit dem rechten biss aufs jungst gericht, da du unsers erachtens wol also viel mit dir selbest zu thun wirst haben, darab du unser zu vergessen geschoben haben.

Und seindt vor allen andern dingen, das ko.mt. zu Polann etc. unser genediger herr vater und freuntlicher lieber ohem, etzlicher massen gesunth am hochsten erfrewhett, dieweyl aber dannach das dieselb nicht volkhomlich vermeroktt ist, es uns hertzlich bekhommerlich, Gott dem almechtigen (wie wir dann die tag unsers lebens zu thun nicht auffhoren wollen) bittente, er wolle sein ko.mt. zu volkhommerer gesuntheit mit gnaden verhelffen und darjnn aller derselben irer ko.mt. lannden und leuthen zum besten und trost langwirig fristen und erhalten.

Und nachdem wir vermercken, das ko.mt. zu Polann etc. hochgedacht ungeferlich drey wochen nach Ostern sich nach Littauenn erheben soll, darzu wir jrer ko.mt. gluck, heyl, gesuntheitt und alle wolfart wunschen, wissen wir uns zu erinnern, das du uns als der getreuhe diener vor der zceit gantz dinstlich gerathen, wir solten yr ko.mt. underwegen entweder personlich sehen ader jhe durch unsere gesanndte bothschafften ersuchen lassen, und aldo der langschwebenden jrrigen grenitzen halben zwischen Litten und Preussenn yhnn undertheigkeytt, damit sie zum ende verfurtt wurden, pitten. Zu solchem werden wir jre ko.mt. yhn jrem herlichen und grossen alter freuntlich zu besehen zusprechen, und zu besuchen ganntz woll gewogen, sonderlich aber zwingtt uns die angebornne blutsverwanthe freuntschafft darzu, dieweyl es sich wol zutragen mocht, das auch folgen, des wir jre ko.mt. also palt sehen und sprechen nicht konnten. Nachdem wir dann bey uns bowegen, das villeicht solche unsere wolmeynende underthenige besuchung jrer ko.mt. ungelegen, auch dieselb gern unbemuhett sein wolt. Damit aber jn dem die rechte mass gehalten werden möcht, so ist unser genedigs synnen, du wollest dich auss dyesem vhal mit dem erlauchten und grossmechtigen, unserm freuntlichen, lieben schwagern, brudern und freundt, herrn Johansenn graffen zu Tharnaw, crackauischem castellan und obersten feltheuptman des konigreichs Polan etc., welchen wir uns yhn solchen und viel merem und hohern sachen freuntlich vetrawhett wissen, und halben, jn vertrawen bereden und uns seyner lieb und dein treuhertzig gutbeduncken und radt, wes das nutz ist und angenemeste zu ziehen, zu bleyben oder anstehen zulassen. Dergleichen an welchen orth lanndes, ahnn welcher stelle und welcher strassen, es ko.mt. am gelegesten und mit weniger unbequemickeytt sein, und geschehen mochte, jnns aller erste zuschreyben. Dann wes also durch den herrn grosheuptman und dich vor nutz, gutt, lieb, angenem und gerathen angesehen, des wollen wir, sofern uns nicht andere ehafft davon abhalten, yhnn eynem oder den andern, wes zu volziehen oder anzuhalten, freuntlich und vleissig vorstellen, abermals mit genaden begerende des jm geheim zu halten, mit vleiss vorstellen, bereden und uns eilendts bey diesem unserm poth zuschreiben wollest.

Ferner das du deynem wein jhm keller hast und dir gleich, unangesehen, das er nicht der erste ist, ganz wol schmeckt, horen wir gern und wunschen dir, das du demselben mit gesuntheit ausstrincken, und selten nuchtern dabey bleyben mugest, woe du nun uns ethwas davon geschickt, und derselbig wol geschmeckt, wolten wir dir darfur vleissig gedancket haben.

Nachdem wir auch weittere yhnn deynem schreyben vermercken, das leuth verhanden, die jren eigenen kyndern, dasjhenige, so sie von andern

haben, vom leib und auss dem halss reissen, lassen wir uns duncken wes es fur ein person sey, dieweyl aber vermercktt, das solche leuth yhn der welt, die jren eignen blut und fleisch abstehen um sovil dest mehr kan geleubt werden, wo es bey frembden zulangen mocht, das sie es eher theten. Wollen derhalben solchen und allen andern von dem Almechtigen christlich erkentnus wunschen, domit die kynder und ein jder bey dem seynen geruglichen pleiben möge.

Was aber die handlung zwuschen ehrnn Zcemen und Kosskenn, darjnn ko.mt. aus etlichen beweglichen bedencken fur keynen mittler erkhanndt wil werden, anlangt, konnen wir bey uns nit erwegen, das die angezogenen ursachen yhnn deynem schreyben der hoheitt und dem gericht entkegen, lassen es derhalben yhn im selbst bleyben. Wusten wir aber ko.mt. yhn dem und anderm, wie wir uns vielmals erbothen zu wilfharen solt, jn allem, nach unserm hochsten vermögen, khein vleiss, muhe, noch arbeytt gespartt werden. Und khönnen dir gleichwoll darneben nicht vorhalten, das unser freundt von Helspergk[2 a)] etc. und wir, berurte beyde partt zu friedt, einigkeyt und zuvorsichtiger lieb zubrengen. Das unsere darbey gethan, so stehett es doch noch auff dem wie jungst unser schreyben an dich mitbrenget. Es darff auch hierneben von dir des hohen vleissigen danckens fur unser furstlichs genedigs erbieten, dein person belangt gar nicht, dann du dich desselben und keynes andern jder zceitt zu uns trostlich versehen sollest.

Letzlich haben wir bey solchen deynen schrifften des von Herbersteins brief bekhommen und gedachtem von Herberstein hinwider geantwortt, welche antwortt wir dir hiemit zuschicken, jn genaden begerennde, du wollest jme solchen brief mit zufelliger botschafft zuzufertigen unbeschwertt sein.

Wir haben auch die pottschafft samppt deynem underthenigen erpieten bey unserer hertzgeliepten gemahell[3)], jungen tochter[4)], desgleichen unserem freuntlichen lieben ohemen, schwagern und brudern, hertzogen Hansenn von Holstein etc., mit vleiss aussgericht. Thun sich auch semptlich solchs deynes underthenigs zuunderpietens genediglichen bedancken, die hinwiderumb Gotts genad wunschenndt und jren genedigen willen zuentpientende. Und wolten dir solchs auff dein ahn uns gethanes schreyben, als dem wir mit gnaden gewogen, jhn antwortt nicht verhalten, geraicht uns gleichwoll beschlisslich von dir die erclerung obenberurter artickell, mittheylung neuher zceittung sampt anderer underdeniger antzeigung zu sonderem wolgefallen, mit genedigen wolthettigem willen hinwider zu erkennen. Datum Konigspergk, ut supra.

Cedula

Wir uberschicken dir auch hiemit deynem guthedencken nach die danncksagungsbrief von wegen Greger Franckens hanndlung ahn bede herrenn von Posenn[5)] und dem herrn Johann Cossoletzky[6)], die hastu jnen nach gelegenheitt zu uberantwurtten und jnen von unsert wegen unser freuntlich dinst und alles guthes vermelden. Datum, ut supra jhn literis.

1) *Ferdinandus I.*
2) *Ioannes Zápolya.*
2a) *Ioannes Dantiscus.*
3) *Dorothea.*
4) *Anna Sophia.*
5) *Andreas et Lucas a Górka.*
6) *Kościelecki.*

N. 1772.

E Regio Monte, 25.III.1540.

Albertus dux in Prussia
Nicolao Nibschitz
litteras eius, 4.III. datas, se accepisse nuntiat; pro litteris suis Lucae a Górka, Ioanni Tarnowski et regi traditis gratias agit; litteras eius se utrique Górka et Ioanni Kościelecki transmisisse significat.

(Germanice)

Cfr. El. XLVIII, N. 347.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 418v-419.

N. 1773.

E Regio Monte, 26.III.1540.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
iuvenem Conradum Truchsess, « nobili ac praeclaro genere ortum, singulari ingenio optimaque indole praeditum », *in aula regia educatum regis servitorem, commendat et rogat, ut ei* (« cum alioqui magnas domi divitias non habet ») *sufficiens annuum stipendium largiri velit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 236-237.

N. 1774.

E Regio Monte, 26.III.1540.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo Augusto regi Poloniae iuniori
respondet primum ad litteras eius, causam bonorum Conradi Truchsess in Ducatu Prussiae sitorum (scil. ut ea a patruo suo vindicare possit) commendantes, deinde ipse eundem Truchsess ei commendat et rogat, ut a rege patre impetrare velit, quo ei sufficiens annuum stipendium attribuatur.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 237-239.

N. 1775.

E Regio Monte, 26.III.1540.

Albertus dux in Prussia
Samueli Maciejowski, episcopo Chelmensi, R.P. vicecancellario,
Achatium Czema, castellanum Gedanensem, in negotiis suis ad regem proficiscentem, commendat et rogat, ut ei « in ea causa, ob quam tam longinquam suscepit profectionem, consilio et opera sua gratiose adesse velit ».

(Sub textu: In simili forma mutatis mutandis Domino Ioanni a Tharnaw, Episcopo Wladislaviensi [*Lucae a Górka*], Andreae de Gorckau).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, f. 231.

N. 1776.

E Regio Monte, 26.III.1540.

Albertus dux in Prussia
Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, R.P. exercituum capitaneo, de munita quadam et inexpugnabili arce, ab imperatore Turcarum intra fines Valachiae et Podoliae aedificata et de malis eiusdem contra christianos consiliis ac moliminibus nuntiat et sententiam suam de defendenda Christianitate profert.

Cfr. El. XXXVI, N. 633.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 232-235.

Ad Dominum Ioannem Comitem a Tharnaw, XXVI Martii.

Quaedam de Turcae munitionibus ac insidiis.

Cum oportuna sese nunc ad Illustritatem Vestram scribendi occasio obtulisset, non praetermittendum duximus, quin eandem litteris nostris amice inviseremus, cui omnia fausta foeliciaque ex intimo corde praecamur. Caeterum non ignoramus, Illustritatem Vestram praeterito anno inter caetera ad nos scripsisse nosque admonuisse, ut si quando de variis practicis et periculis, praesertim vero immanissimi Thurcarum Imperatoris[1]), christiani nominis ac sanguinis hostis, incursione certiores redderemur, cum his tum aliis de rebus ac periculis imminentibus, subinde litteris apud Sacram Regiam Maiestatem Poloniae, Dominum et avunculum nostrum pientissimum, maxime cum in tantis rebus animus, alioqui regius, cohortacione egeat, agere non dedignaremur, nimirum iudicans plurimum valere apud eandem authoritatem nostram etc. Nobis equidem, ut saepe in animo fuit non hac solum, verum multo maiori in re Illustritati Vestrae studiose obsequi ac morem gerere, ita semper magis ac magis veriti sumus, cum Sacrae ipsius Regiae Maiestatis senescens aetas potissimum expetat ocium et laborum solitudinumque[a]) quietem, ne frequentes nostrae litterae taedium tandem ac molestiam illi parere possint. Ex his itaque causis compulsi sumus hoc saepius ad Illustritatem Vestram scribere, utpote cuius studium ac benevolentia ita cognita nobis est et perspecta, ut etiam illa nos habeat sibi multis beneficiis devinctos. Commisimus autem elapso tempore Nobili atque Generoso fideli nobis dilecto, Nicolao Nyptschitz, consiliario nostro, ardua quaedam et secretissima negotia illique iniunximus, ut talia nostro nomine secreto Illustritati Vestrae significare velit. Proinde non dubitamus, quin huiusmodi negotia ea fide, qua illi fuere commissa, coram Illustritate Vestra retulerit, quorum adhuc responsum et expeditionem summo desiderio expectamus.

Et cum per varia indicia variosque rumores, omissis reliquis imminentibus periculis, quae passim narrantur, ad nos relatum sit, quomodo Thurcarum Imperator munitam satis et impugnabilem arcem intra fines Walachiae ac Podoliae circa flumen quoddam, ponte insuper satis valido[b]) ibidem constructo[c]), aedificaverit, non in aliam spem, quam ut tyrannidem suam hoc facilius in christianos, praesertim in eos, qui illi vicinitate sunt paulo propiores, exercere possit, esset nostrum ac

fidele quidem adhuc consilium, ut christiani status ac potentatus ad propellendum communis potentissimique huius hostis impetum ac vim omnia sua auxilia in unum conferrent eoque cogitationes suas omnes intendere, ne paterentur hunc hostem (quod Deus Optimus Maximus diu prohibeat et pro sua divina providentia clementer avertat) in Ungariam caeteraque finitima Regna ac ditiones incursionem facere. Nam si ille tyrannus et christiani sanguinis hostis (qui non diutius cuipiam fidem servare consuevit, quam quoad id sua videt interesse) Ungariae Regna tanta vi occupaturus esset, adferret ea res non tantum magnam sollicitudinem nobis, verum etiam ingentem dolorem, si ambae Regiae Maiestates, Domini nostri clementissimi, necnon et Amplissimum Poloniae Regnum in perniciem ac interitum Christianae Reipublicae talem vicinum adipiscerentur, quem melius erat summa vi propulsari, quam illi ad grassandum lacius locum dari. Propter has itaque causas gravissimaque imminentia pericula haud inconsultum nobis videretur, si Illustritas Vestra haec quoque pro opportunitate sua ac singulari sapientia, qua mirifice est praedita, ad Sacram Regiam Maiestatem Poloniae laudatissimosque Regni proceres referret, quo ex his occasionem quodammodo consulendi, tractandi et statuendi de communi defensione sumere velint.

Itaque cum haec de Thurcarum Imperatore et Ungariae Regnis nova hoc modo ad nos relata sint, praebent nobis tanto maiorem occasionem credendi priora, quae per supradictum Nicolaum Nyptschitz nostro iussu Illustritati Vestrae indicata sunt, fraterne ac amice rogantes, Illustritas Vestra nos, si quid cum de[d] prioribus, tum his novitatibus pro certo habuerit, certiores reddere, necnon suum nobis de iis iuditium haud gravatim impartiri velit. Et cum hae Prussiae ditiones, hoc praesertim tempore, quo variae technae ac insidiae adversus eas struuntur, non in minori periculo versentur, et iam dudum narratum sit, id quod Magnificentiae Vestrae non obscurum esse arbitramur, quomodo Turcarum Imperator Gedanensem portum occupare in animo habuerit etc., esset nostro sane iuditio operae praecium summeque necessarium, ut primo quoque tempore Regia ipsius Maiestas harum quoque terrarum ordinibus in mandatis daret, quo arces ac civitates necessariis rebus bellicis, necnon victualiis, ita providerent et accinctos se redderent, ut ingruente necessitate ad propulsandum cuiusvis hostis impetum parati esse queant. Quod hoc sane modo facile futurum speramus, si communi consilio, unanimi consensu coniunctisque viribus rem gesserint. Sed non dubitamus, quin Illustritas Vestra pro alta sua sapientia prudentissimoque consilio haec omnia melius, quam per nos scribi monerique vel possint vel debeant, ponderatura et expeditura sit. Quam diu foeliciter etc. Datae ut supra.

Commissio Principis ex relatione Cancellarii.
Princeps audivit legere.
Hyeronimus.

a) *error pro*: solicitudinumque?
b) *in ms.* valida.
c) *in ms.* constructa.
d) *in ms.* Deo.
1) *Solimanus II.*

N. 1777.

E Regio Monte, 26.III.1540.

Albertus dux in Prussia
Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, exercituum R.P. capitaneo,
ex litteris eius, 5.III. datis, se intellexisse significat ea, quae regi nomine suo a Nicolao Nibschitz relata sint, regi placuisse et grata probataque fuisse; quam ob rem se valde laetari nuntiat Deumque precari, ut practicas et technas ad devastandum Regnum Christi quotidie structas irritas reddat.

(Latine)

Cfr. El. XXXVI, N. 623.

Ostpr. Fol., vol. 51, 241-243.

N. 1778.

E Regio Monte, 26.III.1540.

Albertus dux in Prussia
Petro Opaliński, curiae regiae magistro,
Conradum Truchsess commendat et rogat, ut apud regem efficere velit, quo « tollerabile sufficiensque stipendium quotannis nancisci queat ».

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 240-241.

N. 1779.

E Regio Monte, 30.III.1540.

Albertus dux in Prussia
Ioanni Woysławski, canonico Varsaviensi et Plocensi,
subditum suum senem, Petrum Khron ex districtu Szesnensi (Sehestensi), *una cum uxore nocturno tempore a tribus latronibus in propriis suis aedibus interfectum esse nuntiat; quorum nebulonum duos nunc in Masovia apud nobilem Kownacki* (Koffenacki) *in capitaneatu Visnensi esse significat et rogat, ut eos sibi extrandendos vel saltem pro tam atroci patrato facinore debito modo puniendos curet.*
(Sub textu: Mutatis mutandis ac Capitaneum Vysnensem [*Iacobum Bagieński, vicecapitaneum Visnensem? cfr. El. XXXVI, N. 573*]*).*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 243-245.

N. 1780.

E Regio Monte, 2.IV.1540.

Albertus dux in Prussia
Hieronymo Łaski, palatino Siradiensi,
pro adolescente Christophoro Pferdsfelder, uxoris suae principis Dorotheae servitore a, pueris in aula sua educato, qui praeteritis annis in Hungaria sub christiano exercitu contra Turcas pugnavit et ab eis in captivitatem abductus est, nunc autem « infra Belgradam sive, ut dicitur, Albam Graecam, unum miliare infra Schmenderoff, in magno aliquo pago apud veterem quendam Turcam detinetur », *intercedit et rogat, ut pro eo liberando apud imperatorem Turcarum operam interponat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 246-247.

N. 1781.

E Regio Monte, 5.IV.1540.

Albertus dux in Prussia
Ioanni regi Hungariae
consortem eius, reginam Isabellam, gravidam esse gaudet et gratulatur felicemque partum eidem exoptat; de aurifabro quodam Cracoviensi, nomine Plutone, falsae monetae auctore, in Hungaria in ditione domini Podmanski nunc agente, nuntiat.
Cfr. El. XLVIII, N. 350.
Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 248-250.

Ad Dominum Ioannem Regem Ungariae, V Aprilis.
Gratulatur ipsius charissimam consortem gravidam esse etc. Item de depravatore quodam ipsius monetae, cui nomen Pluto dicitur.
Serenissime Rex et Adfinis nobis Charissime.

Compertum habemus Serenissimam Principem ac Dominam, Dominam Isabellam, natam ex regia Polonorum stirpe, Ungariae Reginam, Regiae Vestrae Serenitatis consortem dilectissimam, nostram vero consanguineam et tanquam sororem charissimam, gratia Omnipotentis Dei singulari gravidam. Quo nuncio mirifice sumus gavisi. Precamur itaque Reginali ipsius Serenitati a Deo Optimo Maximoque summam foelicitatem et ut is eandem diu foelicissime incolumem conservare, Reginali ipsius Serenitati foelicem partum concedere dignetur, quo tandem Regiam Vestram Serenitatem pulchra sobole iuniorique Domino ac herede exhilerare[z] queat.

Insuper Regiam Vestram Serenitatem scire volumus aurifabrum quendam Cracovia oriundum, cuius nomen Pluto dicitur, sub imperio Podmanski se sustentare et ad nostram monetam, sine dubio absque ipsius Dominationis consensu, grossos itemque triplices depravatim cudere. Quo autem id verisimilius appareat, audimusque quosdam homines, istam monetam exponentes, saepe deprehensos atque Cracoviae in captivitatem ductos, qui palam confessi sunt, istos grossos eo ex loco provenire. Quamvis autem haec Domini Podmanski voluntate fieri, neque credere neque nobis persuadere possimus, singulari tamen[a] ac bona voluntate illud Regiae Vestrae Serenitati indicare voluimus, praesertim cum haec palam communi fama de isto aurifabro ad nos perferantur et multi ista moneta utentes deprehensi sint. Considerabit autem Regia Vestra Serenitas, tanquam Rex christianissimus, istum abusum, dolum ac fraudem in praeiudicium communium negociatorum vergere intollerabiliusque nobis esse, cum isti grossi sub praetextu nostrae monetae cudantur. Nos autem quandoquidem de Regia Vestra Serenitate propter[b] arctam nostram amicitiam atque consanguinitatem summam benevolentiam ac optima quaeque nobis polliceamur, amice rogamus, postquam Regia Vestra Serenitas haec ita esse cognoverit, ut eadem propter communem omnium utilitatem summa diligentia istam fraudem opprimere dignetur ac praecavere, ne aliqua sub nostra imagine moneta ad diminuendum nostra regalia vel etiam authoritatem false[c] cudatur, ac de tali depravatore pro iuris aequitatis vigore, in exemplum ac terrorem aliorum, supplicium sumere velit. Haec et similia summo semper studio, quacunque in re poterimus, erga Regiam Vestram Serenitatem promereri studebimus. Quam nunc Deus Optimus Maximus etc. Datae ut supra.

a) *sequuntur duae litterae expunctae.*
b) *sequitur expunctum*: Re.
c) *verbum correctum.*
z) *sic in ms.*

N. 1782.

E Regio Monte, 5.IV.1540.

Albertus et Dorothea in Prussia duces
Isabellae reginae Hungariae
pro litteris, Budae 22.II.datis, et pro animo erga se benevolo gratias agunt; partum felicem ei a Deo precantur.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 252-253.

N. 1783.

E Regio Monte, 5.IV.1540.

Albertus dux in Prussia
Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, R.P. exercituum capitaneo,
pro litteris et animo erga se benevolo gratias agit; pro clementia Stanislao Kostka a se exhibita tantam eius gratiarum actionem superfluam fuisse ait; significatum sibi novum defendendae Christianitatis modum probat.

(Schedula: de abolendo banno imperiali).

Cfr. El. XXXVI, N. 625.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 250-251.

Ad Dominum Ioannem Comitem a Tharnaw, V Aprilis.
Literae officiosae.

Illustritatis Vestrae literas, datas Cracoviae XV Marcii, paucos ante dies accepimus. Dici autem non potest, quam gratae illae nobis fuerint, praesertim cum ex iis summam Illustritatis Vestrae humanitatem ac benevolentiam erga nos perspexerimus, quibus nihil nobis potuit accidere gratius. Nam quamvis multos habeamus amicos et in amore satis perspectos, quorum opera saepius etiam in gravissimis causis usi sumus, tamen eos omnes Illustritas Vestra divino quodam numine superare videtur, in qua nihil desiderari potest, quod vel ad augendam vel amplificandam mutuam hanc inter nos benevolentiam aliquid momenti habeat. Proinde pro tanto erga nos studio Illustritati Vestrae eas, quas possumus maximas, agimus gratias, non omissuri, quin pares aut maiores aliquando referamus. Dabiturque a nobis vicissim opera quam maxima, ut non modo hic favor et benevolentia Illustritatis Vestrae erga nos et noster item in illam amor magis ac magis sedulo coalescat et augeatur, verum etiam ne quid in nobis unquam vel officii vel studii, vel denique diligentiae, desideretur.

Agit porro Illustritas Vestra nobis pro ea clementia, qua nos complexuros Dominum Koska recepimus, magnam gratiam, qua minime quidem operae precium fuisset. Libenter enim id in Illustritatis Vestrae gratiam fecimus, cui etiam in maioribus cupimus gratificari ac studiose obsequi, sperantes ipsum Domnum Koska se vicissim eum erga nos exhibiturum, ne ad alia nobis occasionem aliquando dedisse iudicari possit.

Quod veteri more apud nos procedant omnia ac instituta sit defensio solita et prisca ratione, denique consultum, ut commodior deinceps validiorque constituatur defensionis modus etc., pergrato sane animo id accepimus, nec omittemus Deum Optimum Maximum assiduis orare

praecibus, quo tandem mentes atque animos hominum ad tractandum et consulendum de communi aliqua defensione adversus christiani nominis hostem exuscitare et miseros mortales christicolas a tyrannide adeoque ex faucibus hiantis hostis eripere clementer velit.

Nunc nihil aliud restat, quam ut Illustritatem Vestram fraterne oremus, quo ea scripta, quae proxime ad eandem dedimus, diligenter secum perpendere et nos sibi commendatos habere non dedignetur. Datum ut supra.

Commissio Principis propria.
Hyeronimus.

Cedula

Petit instare pro abolitione banni imperialis.

Illustris, Magnifice ac Generose, Adfinis, Frater et Amice nobis charissime.

Illustritatem Vestram ignorare haud arbitramur nos praeterito tempore de negotio imperialis banni ad Sacram Regiam Maiestatem Poloniae, Dominum et avunculum nostrum clementissimum, scripsisse eandemque subdite rogasse, ut, si ad Romanam Caesaream Maiestatem[1] Maiestas ipsius Regia aliquem ablegare vellet, huius quoque negotii clementer meminisse non dedignaretur. Proinde Illustritatem Vestram, quoniam multum spei ac fiduciae in eam ponimus, fraterne ac amice rogamus, ut negotium illud Maiestati Suae Regiae denuo in memoriam reducere eandemque exorare velit, ut hoc nomine aliquem ad Romanam Caesaream Maiestatem mittat, sicuti Illustritatem Vestram pro Reipublicae huius Amplissimique Poloniae Regni utilitate ac commodo facturam non dubitamus. Datum ut in litteris.

Commissio Principis propria.
Hieronymus.

1) *Carolus V.*

N. 1784.

E Regio Monte, 5.IV.1540.

Albertus dux in Prussia
Spytconi Tarnowski, castellano Radomiensi, R.P. thesaurario,
agit gratias, quod apud regem institerit, ut debitum sibi annuum salarium in manus Iosti Ludovici Decii numeraretur.

(Latine)

Cfr. El. XXXVI, NN. 629, 634.

Ostpr. Fol. vol. 51, ff. 254-255.

N. 1785.

E Regio Monte, 5.IV.1540.

Albertus dux in Prussia
Paulo Wolski, R.P. cancellario,
litteris eius certior factus eum per adversam valetudinem et pedum dolorem nuntiis suis, in negotio limitum ad regem missis, auxilio esse non potuisse, propter aegritudinem eius dolet; eum tandem convaluisse laetatur.

(Latine)

Cfr. El. XXXVI, NN. 626, 636.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 255-256.

N. 1786.

E Regio Monte, 5.IV.1540.

Albertus dux in Prussia
episcopo Chelmensi [Samueli Maciejowski]
pro diligentia in negotio imperialis banni adhibita et pro misso sibi exemplo litterarum nomine suo a rege ad imperatorem scriptarum gratias agit; Nicolao Nibschitz se quaedam commisisse nuntiat ante litterarum regiarum expeditionem ei significanda et rogat, ut ei plenam fidem adhibeat; commendat negotium regundorum finium.

(Schedula: de commissariis ad regundos fines constituendis).

Cfr. El. XXXVI, NN. 622, 627.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 257-261.

Ad Episcopum Chelmensem, Vicecancellarium, V Aprilis.

Commisit quaedam Nicolao Niptschitz apud Suam Reverendam Paternitatem efficienda, cui petit plenam adhibere fidem, vult enim ea literis ad Caesaream Maiestatem[1] comprehendi.

Syncerum animi affectum et quicquid grati praestare possumus.

Reverende in Christo Pater, Amice nobis Perchare.

Accepimus binas a Reverenda Paternitate Vestra literas, ex quibus primum percepimus, quantam diligentiam apud Serenissimam Regiam Maiestatem Poloniae, Dominum et avunculum nostrum clementissimum, Reverenda Vestra Paternitas in negocio nostro imperialis banni etc., transmissis insuper nobis Sacrae Maiestatis Regiae litteris earundemque copiis, quas ad Romanam Caesaream Maiestatem nostro nomine scripsit, adhibuerit. Pro qua quidem benevolentia summoque erga nos studio, necnon singulari in hac causa adhibita diligentia, Reverendae Vestrae Paternitati ingentes agimus gratias, pollicentes eidem vicissim studium ac benevolentiam nostram in omnibus gratificandi summam.

Caeterum Reverendam Paternitatem Vestram certiorem facimus, nobis lecta earundem literarum copia quaedam in mentem venisse, quae prius, antequam huiusmodi litteras ad Romanam Caesaream Maiestatem arbitraremur mittendas, Reverendae Paternitati Vestrae significanda esse duximus. Proinde ne simus Reverendae Paternitati Vestrae, utpote quam scimus aliis regiis negociis esse occupatissimam, prolixioribus scriptis molesti, commisimus[a] talia Nobili atque Generoso Nicolao Nipschitz, consiliario nostro, illique iniunximus, ut eadem nostro nomine coram Reverenda Paternitate Vestra referat. Cui plenam ac indubitatam fidem, tanquam personae nostrae propriae, in hac causa adhibere Reverenda Paternitas Vestra non dedignetur. Rogamus autem Reverendam Paternitatem Vstram, ne in malam istud partem nobis interpretari velit, sed potius apud Sacram Regiam Maiestatem Poloniae pro solita sua sedulitate atque benevolentia negocium illud promovere, quo tandem voti ac desiderii nostri reddamur compotes. Nam cum in hac causa plus spectemus Sacrae Regiae Maiestatis Amplissimique Poloniae Regni quam nostram utilitatem, sperabimus hoc maiori diligentia Reverendam Paternitatem Vestram id negocium promoturam, nec minus in hac causa quam praedecessores sui benignam ac benevolam se exhibituram esse.

Intelleximus ex aliis Reverendae Paternitatis Vestrae litteris, sedulo ab ea curatum esse, quo Sacra Maiestas Regia designaret aliquos, qui de finibus cognoscerent, sed cum plerique ex primoribus consiliariis Magni Ducatus Lithuaniae proximis superioribus diebus ex hac vita ex-

cesserint, visum esse Sacrae Maiestati eius in suum foelicem in Lythuaniam adventum rem reiicere etc. Nos itaque Maiestati Regiae ad hanc suam profectionem plurimum foelicitatis praecamur, Deum Optimum Maximum assiduis praecibus orantes, ut Maiestatem eius Regiam diu servet salvam ac incolumem. Nec dubitabimus, quin Reverenda Paternitas Vestra maxime se id facturam in litteris suis receperit, hoc negotium, quam primum eadem in Lythuaniam venerit, diligenter promotura nosque de iis, quae hac in causa expedierit, primo quoque tempore certiores redditura sit. Quam in Christo diu foeliciter vivere atque valere optamus. Datae ut supra.

Commissio Principis propria.
Hyeronimus.

Cedula

Petit ad determinandum certos fines inter Mazoviam et terram Prussiam commissarios quosdam constitui.

Reverendam quoque Paternitatem Vestram amice rogamus, ut illa (quoniam propter Ducatus Mazoviae et nostrarum terrarum fines multae saepe controversiae inter utriusque partis subditos exoriuntur[b]) apud Sacram Maiestatem Regiam Poloniae etc. diligenter instare atque efficere velit, quo Regia ipsius Maiestas commissarios suos hac quoque in causa constituat, qui has controversias, quam primum id fieri queat, componant et certos [fines] iuxta aequitatem iudicent atque disterminent. Factura in eo Reverenda Paternitas Vestra rem iusticiae dignam, nobis vero gratissimam. Datum ut in litteris.

Mutatis mutandis Paulo de Volia.
Hyeronimus.

a) *correctum ex*: commissimus.
b) *correctum ex*: oriuntur.
1) *Carolus V.*

Cedula mutatis mutandis ad Supremum et Vicecancellarium, Paulum de Volia et Episcopum Chelmensem.

De foro oppiduli Soldau etc.

Reverendam Paternitatem Vestram scire quoque volumus, quandoquidem a multis iam usque huc saeculis semper in nostro oppidulo Soldau forum in die Palmarum exerceri quottannis solitum, quo istis ex Mazovia necnon nostris subditis boves aliaque iumenta vendere licitum fuit, ubi etiam Gedanenses, Elbingenses et hinc inde ex aliis locis negociatores ad praescriptum tempus et locum nominatum convenerunt, quo mercaturam non solum cum Regiae Maiestatis subditis, sed etiam nostris exercere sine ullo impedimento potuerunt. Nunc vero nescimus, qua de causa tenutarii Mazoviae, praesertim Palatinus Plocensis et Capitaneus Marienburgensis[1]), inhabitantibus Coronae Poloniae mandarint eosque praedictum forum suis iumentis visitare prohibuerint et insuper novum forum eodem tempore in oppido quodam Mazoviae, in praenominati fori ac nostri oppiduli Solda nostrorumque subditorum praeiudicium, constituerint. Quapropter etiam isti praesenti anno ne unum quidem bovem vel aliquod aliud animal ex Mazovia in nostrum oppidulum Solda ducere permissum fuit. Et quamvis etiam praeterito anno in hac re ab illis aliquid tentabatur, tamen speravissemus praesenti hoc anno propter vicinitatem contra contractum nihil incoeptari. Cum

vero iam vehementius istud quam antea prohibitum sit et isto proposito nostram vicinitatem et contractus, inter inclitam Poloniae Coronam et nos in perpetuum factos (in quibus communes negociatores ab utriusque partis subditis secundum veterem consuetudinem ac usum sine ullo impedimento libere exerceri ordinatae ac permissae), turbari violarique cernamus, diligenter Reverendam Paternitatem Vestram petimus, ut eadem pro singulari sua sapientia, nostro nomine vel quocunque etiam meliori modo, cum Sacra Maiestate Regia loqui eandemque orare velit, ne tale quippiam intollerabile ac odiosum posthac contra vicinitatem et nostros contractus fieri vel inceptari permittere, sed singulari mandato tanquam Rex clementissimus praecavere dignetur, ne nobis nostraeque ditionis subditis de antiquis privilegiis, mutuis ac vicinis negociationibus quicquam decedat, quo tandem nos nostrique fideles ac nobis dilecti subditi in hac re aliisque cum Regia Maiestate initis contractibus magis gaudere quam dolere queamus, praesertim cum publica etiam honestas naturalisque aequitas, praeterquam quod contractibus nostris diligenter sit cautum, vicinis uni ac eidem Regi subiectis libere invicem, sicut semper consueverunt, negociari suadeant. Prorsus nihil dubitamus Sacram Maiestatem Regiam hac in re propter nostra in perpetuum inita foedera et vicinitatem nobis gratificaturam communique utilitati ac commodo consulturam. Quae omnia erga Sacram Maiestatem ipsius Regiam necnon Reverendam Paternitatem Vestram summo studio semper promereri conabimur. Datum ut in litteris.

Commissio Principis ex relatione Secretarii.
Idem Princeps audivit legere.
Magister transtulit.

1) *Felix Srzeński.*

N. 1787.

E Regio Monte, 5.IV.1540.

Albertus dux in Prussia
Iosto Ludovico Decio
de vino apiano et hungarico; de filo aeneo et orichalco; de pulvere pyxidibus apto; de Christophoro Pferssfelder in Turcia captivo ex captivitate liberando; de negotio Volfgangi Fulder; nova ex Inferiori Germania missa etc.

(Schedula: de re monetaria).

Cfr. El. XLVIII, NN. 348, 349, 350.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 419-424.

Ahn Josten Ludwigen, den V Aprilis
Item was erstlichen anlanget den ungerischen wein; item was antriff den drott und etliche taffel messing; item etlichen centner pulver von ko.mt. buchssenschutzen zu erkaufen; des Pferssfelders halben; item Wolffern Fulders handlung; item von der falschen muntz und sonst von neuen zeitung auss Niderlandt etc.
Unsern[a] grus und genedigen willen zuvor.
Edler, lieber, getreuher.
Wir haben drey schreyben, der aller datum stehen Crackau ahm 6

Marcii gegenwertigs jares, von euch undtereins entpfangen und dieselben lesende eingenhomen. Wie ir nun furs erste antzeget, das dis jhar keyn newer muscatell, desgleichen revall und andere gutthe, susse weyne von Venedig khomen, beruet in ym selbest, dann wes nit zu bekhomen, khan man auch nicht haben. Nichts weniger haben wir die zwey fas ungerischen weyn neben dem grossen stuck und eynem secklein gantz reinen saltz, doneben die XV pfundt drott und LXV pfundt taffelmessing erlangt und sehen fur guth an, wan ir uns hinfuran mehr weins, wie verhofflich oft beschehen solle, uberschicken werdt, ein legel oder cleins vesslein fulweins darneben zu senden, damit man nicht frembden oder andern wein einfullen durft. Thun uns derhalben gegen euch vorgewanther mhu mit allen gnaden bedancken. Das gelt darfur sol euch auch zu guther gnug erlegt werden. Als yr aber ihn ewer schreyben weiter, wo der messing zu Danntzig gebrant werden mocht, das ehs nher weder von Crockau alher zu bestellen gezeuget werden mocht, melden thut, hierauf fugen wir euch zu vornhemen, das uns unwissent, ob alhie bey uns oder zu Danntzig einer, der den messing brennen khönt, vorhanden, wollen aber nach dem vleissig nachforschung thun lassen. Wes wir disfals yhn erfharung khommen und unser gelegenheit sein wil, sol euch unverhalten pleiben. Das yr euch auch uns etzlichen zentner pulvers von ko.mt. buchsenschutzen zu erkaufen erbieten thut, nehmen wir solch ewer dinstlich erbiethen zu hohen danck ahn, wollens auch mit gnaden hinwider gegen ewer person erwegen. Nicht mynder aber solt yr wissen, das wir unser selbst pulvermacher haben, die yhn vleissiger arbeith uns des ein notturft zuzurichten sein, also das wir frembdes pulvers nicht bedurfen.

Als ir ferner, das yr unsern brief, den wir ahn herrn Sobatzky[1] geschrieben, nach bey euch, und ehr schwerlich vor Pfingstenn zu Crockau ankhommen wirt, anzeiget und wes wir damit gethan haben wollen, des ausszurichten euch erbithen thut, hetten wir vil lieber gesehen, das yr solchen brief berurthem Sobotzky, so es immer erheblich hett sein mögen, hinnach geschickt, dann es eynen gutten, armen, gefangnen gesellen, unsern underthan[2], welchen wir von jugent auf erzogen, der ungeverlich von zweien jaren undter dem christlichen krigsvolck yhn Hungernn von den Thurckenn gefangen worden, auch nach gefangen sein soll, betrifft etc.

Wolffen Fulders handlung gegen den Durrern von Nurmbergk, das einhorn belangende, darf es unsers[a] ermessens, dieweyl es also damit gelegen, keynes beantwurtens und besteht derwegen in yhm selbest.

Wie ir auch doneben meldet, wes sich vorgengner jhar mit herrn Jheronymy Lasskenn bruder yhn bittung des passnischen bissthumbs zugetragen, goennten wir ime solchs, wo es des lieben Gotts wille gewesen, gerne. Dieweyl es aber derselb disfals auf andere wege gerycht, muss es seiner Allmechtigkeyt bevehlen und der zeit erwartet sein. Aber gleichwol seint wir gegen ewer prson solcher anzeigung in gnaden danckbar mit anhaft, wes euch in dem oder anderm ferner zufelt, uns dasselb, sovil euch zimlich, zu eroffnen. Und mochten wol leiden, das der anstandt, so zwuschen dem ro.kayser[3] und konig[4], babst[5], Venedigern und dem Turckenn[6] gemacht furnemblich[c] zu Gotts ehre, volgendts[d] gemeyner christenheit nutzlich, dinstlich, zutreglich und furderlich sein mocht. Vorhofflich wes dem zu entgegen und doran mangelt, der liebe Gott als der seynen heyligen namen und gemeyne christenheit wol wirt wissen zu erhalten, werde dasselbig zum besten wenden und schicken. Zudem seint uns die zeitungen von newen konig von Sophoienn[7] Porttugal[8]

und anderem gantz angenhem. Dieweyl es aber dermassen euerem schreyben nach, mit berurtem konig von Portugall, Thattern und Walachenn stehet, wehr dannocht unsers erachtens auf die ding alle gutthe aufmerckung zu haben hoch vonnoten, den Allmechtigen bittendt, das derselbige genediglich abwenden wolle, uff das der feindt gemeyner christenheit nit mit uns, wie gegen den Walachenn bescheen, grenitze. Dan solt es (do Gott lang vor sein wolle) darzu khomen, wurde es vil muhe und beschwerung bringen. Im fhall, wann es dann dem lieben Gott jhe gefallen und des also schicken wurdt, seint wir tröstlicher zuvorsicht, wollen inen auch derhalben embsigs vleiss anlangen, ehr werde uns gnadt, damit dem, sovil immer möglich, widerstandt gescheen möcht vorleihen. Sein Allmechtigkeyt wolle auch die alte ko.mt. durch sein gnad stercken und iren landen und leuthen zu trost langwirig gesunth fristen.

Was die falsche muntz betrifft befunden wir, das hin und wider der falsch und dergleich betrugk leider ahn allen orthen sehr hart gesucht. Und ist uns yhn rechter warheit, das man also lind mit den aussgeberen der falschen muntz umbgehet, nicht lieb. Besorgen derhalben, das etwas durch dasselbig einreissen werde, welchs zu mherem nachteyl gereichen und hernachmals nicht so leichtlich aussgelescht werden mocht, sonderlich dieweyl wir vormercken, das man damit umbgehet die muntz zu schlissen oder wege zu suchen, das man doch nicht muntzet. Und wiewol wir uns der muhe ahn ko.mt. zu Polann etc. disfals zu schreyben gern unthernommen und mitnichten beschwert, so haben wir es auf dissmals nachzulassen fur gutt angesehen, nichts mynder aber, ewern beduncken nach, ahn ko.w. zu Hungernn[9] vonwegen solchs falsch, in massen ir euch inligendt zu ersehen, geschrieben, verhofflich es sol der orth yhn erwegung der pilligkeyt etwas wircklichs schaffen. Habt auch den brief weiter ahn seyne ko.w., sofern ir es fur nutzlich und thuelich achtet, auch desselben, wie wir daran gar nicht zweifeln, guthe bestendige grundtliche ankunft, domit ob es zu weiterung gedihe, das man sich darauf zu verlassen, mit besten fug zu bestellen. doch mit gnaden begerende, ir wollet des orths, sovil ahn euch, wehren und auf solchen falsch guth acht geben helfen, damit derselb nicht gestattet, wie wir dann auch allen unsern amptleuthen und undtherthanen, das sie auf allerlei betrug, falsch muntz gut aufmerkung thun sollen, bevelich auferlegt, damit man einmhal hindter dasselbig khommen und die thetter ernstlich derhalben andern zur schewe (ungeacht ob es schon ahn genem orth nith hoch angesehen wil werden) ungestraft nicht pleiben mochten. Daneben haben wir auch solchs unsern benachbarten freuntlicher und genediger meynung vor schaden zu hueten und darnach ferner haben zu richten angezeigt.

Das aber auss dem Niderlanndt von ro.kay. und ko.mt., auch Franckreich und andern zusammenkhomen geschrieben und sonst nach vil guther ding furgegeben, auch das land zu Gellern frides[c] höffet und man gleichwol ahn vielen orthen volck ahnnymt, mochten wir wol leiden. Bithen auch Gott vleissig darumb, das dem also (wiewol hin und wider vil seltzamer zeitungen gehen) geschee und im grundt dermassen were, dann es khann nymmer mher so fridlich zugehen. Wir wunschen es gemeyner christenheyt zuguth vil besser. Uns wundert aber nicht wenig, das die knecht also und yhm schein, als solten sie auf die osterreichischen grenitzen angenhomen und gleichwol ins Niderlandt geschicht werden. Wo das hinsicht, habt yr, als ein vorstendiger leichlich zu ermessen. Der

geber des fridens und aller eynigkeyt wolle alles zu seynen eheren und gemeyner christenheit zu trost nach seynem gottlichen willen richten.

Des herrn Lasskenn botschaft und anders noch yhn der federn stecken. Wollet uns, wo yr des etwas weyters (wie wir nicht zweifelen) yhn erfharung khompt, sovil euch gepurlich, mittheylung thun und wie auss angeheften ursachen zu besorgen; das es muss umb das Ungerlandt zu thun sein, horen wir dasselbig sehr ungern. Befharen uns auch, das darauss Osterreich, Polann und andere mehr bessere und nach ferlichere nachbare weder zuvorn bekhomen wurden, den Allerhochsten mit embsigen gebet anruffent, er wolle umb seynes heyligen nhamens willen und zu mherung lieb, fried und einigkeyt alle vorbitterte hertzen endern und das ubel wenden.

Und nachdem ir fernere meldung thut, wie berurter her Lasske villeicht in eyner kurtze widerumb gegen Constantinopel vorreysen möcht, derhalben so gelangt ahn euch unser genedigs synnen und begeren, wo ehr den weg noch Polann widderumb nheme, ir wollet mit vleiss bey ime von unsertwegen handelen, auf das der gutt, arm, trostlose gesell, unser undterthan, von welchem, wie oben meldung gethan und ahn den herrn Sobotzky seynethalben geschriben, auss der Turckenn hendt gebracht und seyner gefengnus erledigt werden mocht. Damit ir aber des alles wissenschaft und euch dest bas darnach zu halten, so habt ir den brief ahn den Sobotzky von uns aussgangen zu erbrechen, zu uberlesen und ab villeicht der herr Lassken sich nicht yhn Polann lenden wurde, ime gleichwol dasselbige ob vormittelst gottlicher zuthat und dardurch dem armen gefagnen gedinet werden kont, durch eur vleissig schreyben ime, dem herrn Lasski, aussrichten und vortstellen. Daran ir und er vorhofflich vor Gott ein sehr angenehme und christlich und vor der welt ein rhumblich, loblich werg erzeigen werdet.

Und seintemal ir yhn euerm schreyben eynem anzeiget, das der landttagk zu Crockau nach nicht weder recht anfang oder endt, und gleichwol yhn eynem andern brief vormeldet, das dasselb landgesprech nuhmer sein entschaft habe und alle ding, obschon hin und wider vile zwitracht und spalt nach willen ko.mt. beschlossen, seint wir desselben hochgemelter ko.mt.[f)] und der loblichen Chronn zu Polann zum besten hertzlich erfrewet und wollen ewers erbithens mit dem schicken derselben handlung gewertig sein, versehenlich yr werdet euch einsmals allerley mit euch zu undterreden, zu uns begeben. Und seindt der beschwerlichen handluung, so sich zwuschen dem ehrn Sobrossky[10)] [und] Prettwitzenn[11)] begeben, aufs hochste bekhommert und sonderlich dorumb, das sich solche zwisth und irrige hendel zwuschen verwandten personen der Cron Polann ereugen und zutragen sollen, dan die gemeyne exempel und teglich erfharung geben, wes fur fromen, nutz, aufwachs und gedey auss eynigkeyt, und herwiderumb, wes fur vorterb und zurruttung, durch zwispalde herkhomen und ersprissen thut. Verhoffen aber, die loblichen stendt der Cron Polan werden, durch vorleyhung gottlicher gnaden und ire geschicklickeyt solchem ubel, sovil immer möglich, vorkhomen, damit des, wes itzundt spaltig, widerumb zur einickeit gebracht werden mocht, genediglich synnendt, wes sich disfals weither ereugen, daneben mit der handlung und anspruch, die herrn von Tentzschynn belangendt, begeben thut und des guttwillig, sovil thulich, nicht vorhalten wollet.

Das aber die alte ko.mt. nicht frisch, auch nicht wol gehen khann, mit weyther extension, das die reiss gegen Littawhenn, wiewol viel tapferer ursachen dyselb zu undterlassen vorhanden, dannacht iren vort-

gang haben will, geraicht uns irer ko.mt. schwacheit zum hoher bekommernus und wher uns nichts liebers, dann das seyn ko.mt. iren landen und leuthen zu trost und schutz vormittelst gottlicher hilff langwirig frisch und gesunth wher, auch wol gehen koent. Und ist uns, nicht weniger dan euch, auss angezeigten beweglichen bedencken nicht mit, das sich seyn ko.mt. in irem schwachen und loblichen alder so eynen weyten, gefherlichen weg unthernemen will. Dieweyl es aber jhe nicht zu wenden, muss es dem Almechtigen bevolen und seyn gottlich gnade embsigs vleiss zu bitten seyn (welchs vorhofflich s. ko.mt. die hochste und beste ertzney), das er dieselb zu langen tagen in wolmogender gesundtheyt genediglichen zu erhalten geruche.

Das aber der herr woywod von Crockaw[12] widerumb auss Hungarnn anheymisch khomen und die sachen yhn massen ewre schriften mitbringet, aussgericht, haben wir gern und mit freuden gehort, Gott den herrn bittendt, das es nurt der fromen konigin[13] wol ergehe und alle vor augen schwebendt fherligkeyt durch desselben genedige verleihung dahin gerycht werden, domit das Hungerlandt, welchs yhn langer beschwerung gestanden ist, einsmals zu bestendigen friden gebracht werden möge.

Und tragen der angezognen vordrisslichen schwacheit mit der podraga, sonderlich des hohen heupts hernachmals der andern unserer lieben herrn freunde und getrewher diner nicht geringe bekhommernus, goenten inen allen auch vil ein bessers. Es seindt aber gleichwol zu weiten raysen bose anzeigungen und wehr unsers erachtens nichts bessers[g], dan das die heupter, welche also nahet gefreunt und benachpartt, dermassen yhn gutter einigkeyt stunden, damit man sperrung des landes und anderer gebrechen nicht bedurft etc.

Was aber letzlich den eingelegten zedel betrifft, darft yr gar khein sorg tragen, dan wir desselben gut bedencken haben, obwol bey uns eyne person, welche ir villeicht erzogen und bey euch gewesen, auch yhn kurtzen dem erwirdigen yhn Gott, unserm besondern lieben freundt, her Johannsen, bischoffen zu Ermlandt[14], gedienet und neulichen erst zu uns khommen. Sollet ires doch gentzlich dorfur und nicht anders achten, auch also befinden, das wir uns in dem, sonderlich weyl wir diesen zedel von euch erlangt, aller gebur, domit beiderseyts nachtheyl, als viel möglich, verhuet halten wollen. Diss haben wir euch auf ewere gethane schriften, als dem wir mit sondern gnaden gewogen, zur antwurt genediger meynung nicht vorhalten wollen, dann worinne wir euch sampt allen den eueren sonsten vil genedigs willens zu erzeigen wissen, seindt wir geneigt. Datum Konigspergk, ut supra.

a) *in margine*: An Jobsten Ludwigen.
b) *sequitur expunctum*: unsers.
c) - d) *in margine.*
e) *in margine.*
f) *sequitur expunctum*: beschlossen.
g) *sequitur expunctum*: das.
1) *Thomas Sobocki.*
2) *Christophorus Pfersfelder.*
3) *Carolus V.*
4) *Ferdinandus I.*
5) *Paulus III.*
6) *Solimanus II.*
7) *Tahmasp I Sophi, rex Persiae.*
8) *Ioannes III.*
9) *Ioannes Zápolya.*
10) *Martinus Zborowski.*
11) *Bernardus Pretwicz.*
12) *Petrus Kmita.*
13) *Isabella.*
14) *Ioannes Dantiscus.*

Cedula der muntz halben an her Jobsten.

Auch haben wir gantz ungern gehort, das yr euerem schreyben nach, keyn sielber bekhoemmen koent. Und ob yr schoen itzundt ein merers darauf wenden und das sielber etwas thewer weder zuvorn, wie dan ahn

andern orten mehr auch beschicht, annemen thet, so verhoffen wir doch, das es one eweren schaden wol sein soll, kan und magk. Derhalben werdt yr unsers versehens umb soviel vleissiger sielber ahn euch zu prengen yhn arbeit stehen und dornach trachten, domit das möntzen vortgehe. Und nachdem uns euer muntzverwalter und diener alhie Eustachius Vogelweider in undtherdenigkeyt vorbracht, wie ir eyner summa pfenning bey euch hochlich benoetigt und ime, bey uns anzusuchen, domit er derselben ein anzal schlahen möcht, bevolen, warauf haben wir benenten Eustachio, dieweyl wir seynem bericht glauben geben, euch zu genedigem willen, wiwol nicht mit unserm nutz, fur ein viertausent gulden pfenning zu muntzen uff dissmal genediglichen bewilligt, aber in alwegen das er euch berurte summa gelts der pfenningen gen Crockau schicken und nicht yhn landt zu Preussen vertreiben solle. Daneben ist unser genedigs begeren, ir wollet ewerem allerersten erpieten und off beschehenem schreyben nach, als viel euch immer möglichen, getreuhen vleiss vorwenden, das die sielbere möntz umb sovil statlicher gearbeyt werden mocht, desgleichen, dieweyl wir alle zu sterben geporen und nichts gewiesers dan den todt, euch einsmal und ins erste als ir es beyprengen koent alhere zu uns begeben, uff das wir uns mit euch zu besehen, allerley zu untherreden und zu verhuetung konftigs irthumbs entlich vonwegen der montz, dieweyl dasselbig ein lange zeit here verzogen, zu berechnen. Im fhal aber, wan ir ahn dem auss gescheften oder yhn ander wege verhindert und eygener person nicht erscheynen khonnen, damnacht durch andere solchs bestellen, damit bederseyts irthumb und sorg benommen. In dem allen thut yr uns zu sonderm wolgefallen yhn genaden widerumb zu erkhennen. Und wolten euch diss uff den punct die muntz belangende zur antwort hinwider vermelden. Datum, ut in literis.

Princeps audivit
legere presente.
Cancellario.

N. 1788.

E Regio Monte, 7.IV.1540.

Albertus dux in Prussia
Nicolao Nibschitz
ad trinas litteras eius respondet: inter alia de negotio Gregorii Franck, de equis eius Ragnetae sustentandis; de regis meliore valetudine et in Lithuaniam ad Comitia itinere; de finibus cum Lithuania; de casu quodam molesto inter Martinum Zborowski et Bernardum Pretwicz; de negotio imperialis banni etc.

(Schedula: de nundinis Soldaviensibus a palatino Plocensi incolis Masoviae prohibitis).

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 424v-429v.

An Nickell Nipsitzitzen, den VII Aprilis.
Erstlichen das seyne pferde zu Rangnet erhalten werden; item was die acht belangt; item der littauischen grenitzen halben; item der zeltmacher halben; item der fall zwischen herren Mertenn Sebarawsky[1], landtschencken, und Petrowitz[2], item schicket ime etzliche wetzsteyne.

Unseren grus und genedigen willen zuvorn.
Erbar und erenvhester, lieber, getrewer.

Wir haben drey schreyben numehr in kurtz von dir bekhommen und derselben inhalt notturfft allenthalben eingenommen, achten solche, damit vorgeblich bemulich lesen verhutt, zu erwidern von unnoten. Was nun erstlich Greger Francken sachen belangendt, darf es keyner antworth, sonder beruhett unsern jungsten gethanen schreyben nach, des du nunmehr unsers versehens bekhommen, in ime selbest. Das aber ko.mt. zu Polan, unser genediger her und freuntlicher lieber ohem, vierzehen tage nach Ostern ihn Littawhen zciehen und aldo einen gemeynen landtag halten lassen werden, wunschen wir irer und allen ko.mt.[en] sampt derselben mit sich habenden herren, rethen und dienern zu solchem zug Gotthes segen, gluck, heyl und alle wolfartt, wiewol wir vast ungern sehen, das sich alte ko.mt., unser geliepter genediger herr und vater, yhn irer grossen kranckheitt und loblichen alter also ein weiten und beschwerlichen wege unthernemen wollen. So mussen wir es doch (weyl es nicht anders dann also vor guth angesehen wirt und wir nit wenden khonnen) Got (der alles yhn allem wirckt) bevelen. Und wollen uns unserm nechsten schreyben nach versehen, du werdest uns auf desselben inhalts yhn kurtz mit antwortt begegenen, damit wir uns der grenitzen und ander sachen halben umb sovil dest bass, wes am nutzlichsten zu thun, darnach zu richten und zu entschliessen. Wie du ferner in unthertheniqkeyt zu berichten bittest, ob auch deyne pferd zu Rangneth futer haben mugen, warauf solst du wissen, das wir und du miteinandern ungeteylten guttern stehen, doch das das deyne erstlich vortzerett und sein wol zufriden, das deyne geul und pferdt den habern erstlich zu Rangnith essen. Ist auch dasselbig gereith unserm amptman, wann deyne pferdt aldo ankhommen, bevollen worden. Dann wir dir yn eynem viel merrerem mit gnaden gewogen, begerent, du wollest dem edlen unserm besondern geliepten Sigmunden von Herberstein freiherrn, dessgleichen herrn Jheronimo Lassky, dise unsere auch gethane schriften bey erster zufelliger bothschaft zu schicken. Und sein hochgedachte ko.mt. schwaheit und grosser unvormugenheit halben hertzlich bekommert. Der liebe Gott wolle dieselbig zu trost aller irer ko.mt. landen und leuten lange zeit gesunth erhalten. Tragen auch mit dir vonwegen deyner schwaheit ein gnediges mitleiden und wollen dir yhn alwege genediglich göennen, das du die fraid mit dem gutten hungarischen wein zur ergetzlichkeyt der schwacheit und erholung der gesuntheit suchen thust.

Hernachmals haben wir auss weitern hertzlichen freuden vernommen, das die alte ko.mt., Gott lob und ehr, widerumb zu guthem vorigem gesunth khommen und diesen landtag ires gefallens beschlossen. Sagen darfur dem lieben Gott vleissige dancksagung. Der wolle alles zum besten schicken und ko.mt. in langer gesuntheit fristen.

Das aber der babst[2 a)] ein schwert und hutt yhn Polen geschicket und dagegen etlich tausent gulden widerumb aus dem landt gefurt, wolten wir dir das schwert und hutt und uns das gelt gonnen, und der ablas, welcher dardurch erkauft, ahn eynem andern orth were. Und ist unsers erachtens der Thatern begern nit ein gutt fordern, dieweyl, wie dein schreyben meldet angehengt, woe man nicht mit guth zu heben gesindt, wol man dasselbig mit gewalt haben.

Wie du als von dir selbest bey ko.w. zu Ungern, frawen Isabella, unserer freuntlichen hertzgeliepten gemahell[3)] und deynem bulen[4)] etlich

vhas gutts weins zu procuriren dich unthernommen, lassen wir dich mit demselben gewheren, seyn aber gleichwoll der guttwilligkeit gegen dir danckbar, wirt auch berurte unsere gemahell etwas gutts bekhommen, wollen wir helfen trincken.

Nachdem du uns dann eynen polnischen brief von irer ko.w. aussgangen uberschickt, den wir dir hiermit widerumb deynem bitten nach ubersenden, und wir aus allerlei bewegen, yhn sonderheit aber, das ein wortlein bisweylen viel bedenckens macht, ungern ein jdern solche vertolcken lassen, haben wir derwegen solchen brief deynen vettern zu transferiren vertraut. Sehen hierumb fur gutt ahn, das du hinfuran, so dergleichen polnische schriften ahn dich gelangen, uns derselben inhalt sumarie zu schreyben thest, damit diese sorg, auch muhe, vorkhommen.

Vonwegen der littischen grenitz und anders, haben wir ko.mt. antwort, wie du aus vorigem unserm schreyben verstanden, bekhommen. Das du aber von solcher orterung der grenitz wenig halten und dich nit seltzam, das die grenitzbeum und malzeichen nidergehawen und hinweck gebrocht werden, wiewol uns solchs zu vormercken beschwerlich duncken tut, ist uns dasselbig gleich etwas frembd zu horen. Doch wollen wir solchs dem Allmechtigen, welcher aller menschen hertzen, hohes und nider standts, yhn seyner handt und gewalt hat, nach seynem gotlichen willen zum besten zu wenden ergeben haben.

Der zeltmacher halben sein wir mit dir deynes bedenckens und das viel besser stilgeschwigen weder zu furdern, einstimmig, das wir keyn tuch zun zelten haben. Und darf der dancksagung, das du dein dinstgelt bekhommen, gar nicht, dan wir dir, woe du desselbig zu deynem pesten gebrauchen thetest, vonn hertzen woll gonnen.

Uns ist auch yhn warheit der seltzame beschwerliche fall, welcher sich zwischen herrn Merten Sobarovssky, landtschencken, und Petrowitz zugetragen, gantz bekommerlich zu hören gewesen, sonderlich aber, das solche zwitracht zwischen inen, als der Cron Polann verwandt und zugehorigen, vermerckt sollen werden, dan wes gutts einigkeit und herwiderumb zwispalth arges geberen thut, gibt die tegliche erfarung, geschwigen viel ergangene erschreckliche exempell. Verhoffen aber, das die loblichen stende der Cron Polann, aus vorleyhung gotlicher gnaden und irer von derselben begnadigten geschicklickeit, werden diese spaltung und zwitracht zu verhuttung verners unrats widerumb zu gutter einnigkeit brengen. Und bedancken uns deynes angezeigten guttbedunckens, yhn gnaden wollen uns auch mit verliehung gottlicher hullf, wan es die weg erreicht und etwas davon an uns gelangt, der gebur woll darinne zu halten wissen.

Dem eingeschlossenen zettel nach ist dasselbig bey vermelten personnen, alles dasjhenige, wes du gebethen, mit vleiss ausgericht worden, und nemen solch dein underthenig guttwillige, freuntlich erbiethen zu danck ahn und wunschen dir hinwiderumb Gotts segen, gluckliche wolfart und alles gutts. Und haben jtziger zeit nichts von weissem bornstein, wollen aber besehen und vleiss vorwenden, das du mit der zeit yn dem auch bedacht und nicht vorgessen mögest werden.

Das aber der Terlaw[5] unser zugeschickt ross dencklich angenommen, horen wir gern. Es kann im auch numehr so woll gefallen und gerathen, gönnen wir ime noch viel lieber. Ist auch also von uns und nicht anderst gemeint. Bedancken uns widderumb gegen ime des walachen, wiewol wir denselben noch nicht bekhommen und doch teglich gewertigk, mit allen gnaden.

Und nachdem du uns, als du jungst bey uns gewesen, umb balbirer wetzstein ko.mt. zu Polan balbirer zum besten angelangt, also uberschicken wir dir derselben etzliche, welche du von herrn Jobst Ludwigen zu entpfahen, zu. Woe sie nu demselben balbirer wolgefielen und zu ko.mt. gesuntheit gereichen mochten, sehen wir am allerliebsten. Doch wenn der balbirer sein ko.mt. hubsch macht, das er unser yhm besten dabey gedencken wolle.

Aber das ist uns dieser tag von dem hochgebornen fursten, unserm freuntlichen lieben vettern und brudern, marggraff Joachim, churfursten zu Brandenburgk etc., auf unser vor dich gethane vorschriften, dein versprochen dinstgelt belangt, inligende antwort zukhommen, die wir dir also, dich daraus zu ersehen, hiemit zuschicken. Dann dir yhn eynem mererm genedigen wille zu erzeigen seindt wir mit gnaden gewogen.

Was aber antrifft das schreyben ko.mt. zu Polenn etc. an romische key.mt.[6] vonwegen der[a] beschwerlichen acht und das sein ko.mt. dieser zeit gar nieymandts an keyserlichem hoff, den solchs befholen oder vertraut mocht werden, haben und derhalben uns berurth schreyben verner an geburende orth zu vorfertigen ubersendt, mit weyterer anzeigung, das wir desselben inhalts auss der herrn ober und unthercantzlers briefen verner vernemen werden. Warauf geben wir dir yhn gnaden zu erkhennen, das wir yhn erfharung khommen, wie vast von allen potentathen und hohen heuptern, woe nicht eigener person, jho ire statliche botschaft an keyserlichen hoff geschickt werden, auch von irer ko.mt. gefordert sein sollen, demnach wir uns vorsehen, das es an dem stunde, das ko.mt. zu Polan etc. villeichts (darfur wirs dan noch halten) ire potschaft aldo auch haben oder noch hinfertigen werden, derwegen wir disfals umb abthuung der acht bey seyner mt. anregung gethan. Und wiewol wir auss der gestalten an ko.mt. vermug uberschickter copien nottel vermercket, das sie von dem herrn untercantzlern (darfur wir dan seyner lieb hoch danckbar seyn) gantz wol formlich, schickerlich und ins vleissigts begriffen, auch wir sampt unsern landen und leuthen gantz treulich und wol dorin gemeint, so haben wir doch die alten hendel vor die handt nemen lassen und befinden, das seyn ko.mt. verruckter zeit des handels als auss eigenem bewegen der acht halben mit mererem ernst und yr selbst sachen, wie sie dan im grundt nicht anderst ist, angenomen, solchs auch dem herrn Opolinssky[7] gerurter gestalt bey romischer key.mt. anzuziehen in bevelich auferlegt. Zudem uns, desgleichen unsern landen und leuthen ernstlichen bevolen, auf key.mt. kamergericht schreyben nicht zu compariren, daraus dan die acht nit ersthens halben gefolgt. Solt es nun auf der itzigen meynung, die wir oben gemelt, gantz wol gestelt mit der vorschrift bleyben, besorgten wir, es mocht dises koniglich schreyben der vorigen handlung gantz zuentgegen seyn und doneben allerley nachdencken, bevorab dieweil dir vorigen schriften auss konigklichem eigenem bewogen hergeflossen und diss auf unser anregen und suchen vortgestelt werden solt bey den hochverstendigen ursachen und lassen uns duncken, das keyn unvordechtigere und fruchtbare mass yhn diesem handel gegen kay.mt. vorzunemen were. Dann nachdem in der acht sachen durch kay.mt. dem herrn Opolinssky ungeverlich diese antwort gegeben, als

nemblich das von dieser sachen yhm reich allerley geredt und gehandelt, so wusten seyne kay.mt. sentimal dieselb yhm reich nicht were, hierinnen keynen gruntlichen bescheidt zu geben, und domit haben ire kay.mt. die sachen an[b] iren herrn brudern, ro.ko.mt.[8], und ins reich verschöeben etc., dieweyl dann auss derselben aufschub kein[c] entliche und gruntliche antwort zu abthuung der acht vermerckt, sonder dorauf beruhet und nun key.mt., Gott gebe, zu seynem ehren, gluck, frid, heyl und trost gemeyner christenheit in die teutzsche nation kommen, aldo one zweifel sich mit hochberurter ro.ko.mt. besehen und von allen reichs hendeln bereden und berathen werden, das ko.mt. auf vor beschehenes irer mt. anregen bey kay.mt. nun gruntliche antwort und abthuung der acht von irer ko.mt., unser und unserer landt wegen auf vleissigist und man schickerlich zu thun waiss durch ire potschaft anregen, ermanen und begeren lissen. Domit du aber wes zuvorn vonwegen der acht geschrieben und dem herrn Opolinssky disfals bey keyserlicher mt. zu handeln auferlegt, desgleichen wes die itzige vorschrift inhelt, zu sehen und dem handel weiters nachzudencken, so uberschicken wir dir aller hiemit abschriften lateinisch und derselben handlung deutsch, genediglich begerende du wollest sie dem undter herrn cantzler[9] vortragen und mit ime aufs unvordechtigist und vertreulichst daraus[d] notturftig unterreden[e] auch dohin helfen arbeyten, auf das, wann von ko.mt. an keyserlichen hoff botschaft geschickt oder kunftig wurde auss angezeigten bedencken auf oben ermelte oder andere fruchtbare, heilsam wege nach irem hohem koniglichem und derselben loblichen rethe tiefen verstandt und wolgefallen gepracht werden. Möege dich aber yn dem der sachen zugut unserm genedigem vertrawhen nach, daran wir auch gar nicht zweifeln, vleissig erzeigen und also vil ahn dir nichts mangeln lassen. Das sein wir yhn sondern gnaden umb dich zu beschulden geneigt und haben dir dis auf deyne schreyben genediger meynung zur antworth nicht bergen wollen und thun dich hiemit dem lieben Gott befhelen. Datum Konigspergk den VII Aprilis anno etc., ut supra.

Princeps audivit
legere presentibus
hofmeister, burggraffen
und cantzler, auch Kunheim.
Sigismundus.

Cedula

Hieneben[f] konnen wir dir nicht vorhalten, nachdem von altersher jhe und allewegen ein ochsenmargkt yhn unserm flecken Solda als auf Palmarum vorschienen gehalten worden, dohin die unterthanen auss der Masau nicht weniger als auch die unserigen yr vihe und anders zu treyben und zu gelosen frey gehabt, des sich die kaufleut von Danntzigk, Elbing und andern mehr ortern auf oben gedachte zeit gegen Solda begeben und aldo mit den koniglichen und unsern underthanen ungehindert, ane ainige einrede gekauftschlagt und gehantiret. Nun aber wissen wir nicht, aus was bedencken und ursachen durch die befelhaber der landt Masaw, sunderlich aber dem woywoden von Plotzki und heuptman zu

Marienburgk[10], wie gleublich an uns gelangt, den einwonern der Cron Polenn gentzlichen mit ernst bevolen und gebothen, solchen marckt mit irem vihe zu Solda nit zu besuchen, sonder eynen neuhen, eben zu der zeit als der zu Soldaw gehalten sold sein worden, yhn eynem flecken yhn der Masaw den alten gewonlichen marckt berurtem unserm stedlein Soldaw und den unserigen zu nachteyl und einbrocht gelegt, derwegen auch itzo diss jhar nit ein einiger ochse oder ander vihe auss der Masaw derort zu marckte kompt oder gebrocht hat mussen werden. Und wiewol diss vorhaben vorgangenes jhares auch ethwas understanden worden, so hetten wir uns doch vorhoffet, es solt heuer gutther nachbarschaft und den vortregen zuwidern vorgenommen nit sein worden. Dieweyl es aber heuer heftiger dan vorm jar vorbotten und abgeschaft, wir auch durch diss vorhaben zurruttungen gutther, freutlichen nachbarschaft jha der ewigen vortreg, so zwischen der loblichen Cron Polenn und uns aufgerichtet, folgen mussen, vormercken, in welchen der gemein handel und wandel beyderseyts underthanen dem alten brauch nach unvorhindert zu gestatten und zuzulassen geordenet, auch wo desgleich nit wher, des doch stadtlich und wol vorsehen ist, damnocht die recht alte lobliche langher gehaltene gebrauch und alle erbare, naturliche weysungen geben, das bey freunden und nachbarn, jha die auch alle eynem herrn zustehen und zukhommen, solch vorhaben nit gestattet und zugelassen werde, sunder wo ob ihe sein solde, mehr zu entgegenspil[g] und der hochsten unfreunthschaft gleich sehe zu urteylen, so wollest yhn unserm nhamen mit rathe und hilff des unther herrn cantzlers und anderer unserer wolmeynenden, die du fur nutzlich darzu achten thust, solch unnachbarlich vorboth, das auch wider die vortreg aufbrocht, ko.mt. hochgedocht yhn besser form mit allen und jdern oben angezogenen beschwerungen, deiner geschicklickeyt nach, vormelden und vortragen und yr mt. pitten, sie wolt nicht zulassen, das solch unfreunthlich, unnochparlich und beschwerlich vorhaben zu einbroch der vortreg und gutten nachbarschaft hinfurter gestattet ader zugelassen, sunder mit koniglichem befhel als der genedige konig und herr abschaffen, domit uns unsern landen und leuthen ahn der altherprachten freyheit und nachparlichr hantirung nichts entzogen, sonder also yhn diesen handel erzaigen, auf das wir sampt unsern lieben, getreuen undertanen yhn diesem, sowol als im andern der aufgerichten koniglichen vortrege mehr zu erfreuen, weder zu betrueben, wie wir uns dann des zu iren ko.mt. der erbarkeyt, billigkeyt, rechten, auf der stedten und ewigen vertregen, freuntschaft und nachbarschaft nach, entlichen und gewisslichen vortrosten und vorsehen, domit wir uns[h] des wir auch umb yr mt. zu vordienen gar freuntlich und dinstlich, aber gegen dir mit besondern genaden zu erkhennen, als der genedige herr, befunden wollen werdn. Datum, ut supra ihn literis.

Cancellarius.

a) *sequitur expunctum*: acht.
b) *sequitur expunctum*: in.
c) *pro exuncto*: verstanden auch.
d) - e) *in margine*.
f) *in margine*: belangent den ochsenmarckt zu Soldau.
g) *verbum correctum*.
h) *sequitur expunctum*: uns.
1) *Martinus Zborowski*.
2) *Bernardus Pretwicz*.
2a) *Paulus III*.
3) *Dorothea*.
4) *Anna Sophia*.
5) *Gabriel Tarło*.
6) *Carolus V*.
7) *Petrus Opaliński*.
8) *Ferdinandus I*.
9) *Samuel Maciejowski*.
10) *Felix Srzeński*.

N. 1789.

E Regio Monte, 14.IV.1540.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
de regis Sueciae et Livoniensium contra Daniam et terras Prussiae moliminibus.

(Schedula: de semestribus indutiis cum Turca initis).

(Adsunt 2 concepta germ., HBA, B, K. 1161, sine schedula).

Cfr. El. XXX, N. 202.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 262-267.

Scribit de conspiratione Regis Suetiae[1] et Livoniensium eorumque conatibus et consiliis, quae ad nocendum Daniae Prussiaeque terris capiunt.

Serenissime Rex.

Quandoquidem propter debita mea obsequia atque innatam consanguinitatem, non tam in maximis quam etiam minimis rebus, quantum ego compertum habui, semper qua potui diligentia Sacrae Maiestati Vestrae Regiae significarim, deque omnibus singulis temporibus ab eadem clemens planeque regium responsum acceperim, amicis semper annexis postulationibus, ut vigilans diligenter omnes res observarem, et si quid operae precium vel Sacram Maiestatem Vestram Regiam scire necessario dignum iudicarem, de eo eandem quam primum certiorem redderem; iniuncto igitur et Sacrae Maiestatis Vestrae Regiae mandato et debita mea fide atque obedientia bene consideratis, Sacram Maiestatem Vestram Regiam humiliter dediteque certiorem facio, quod Regia Dignitas Daniae[2], Dominus meus, agnatus et affinis charissimus, hisce diebus per proprium quendam meum servitorem pro certo adscripserit, Regem Swetiae (quamvis cum Regia Dignitate Daniae foedus inierit, creditur tamen, quod contra foedus et vicinitatem alium contractum cum Palatino[3], Ordine et eorum confoederatis fecerit) propter municionem in domo quadam nomine Elsburgk, quattuor miliaria distante ab arce Warnburgk[4], propria persona adesse et omnem suum militarem exercitum eo convocasse, ad haec maximas quasdam bombardas in templum quoddam, duo miliaria distans ab ista domo, duci atque conduci curasse. Ad praecavendum autem istud malum et imminens periculum Regia Dignitas Daniae nihilominus suos aliquot milites in munitissimas, quas ibi in finibus Swetiae habet, urbes collocavit. Similiter de probatis mihique perspectis quibusdam locis comperi (sicut et antea Sacrae Maiestati Vestrae Regiae significavi) eos isto pacto et Daniam et Prussiam simul de improviso velle aggredi et obruere, quominus operas mutuas tradere invicem possent. Praetera certo mihi denunciatum[a] est, praefatum Regem Swetiae et Livonienses in singularem contractum conspirasse omniaque consilia, conatus atque aggressiones, sicut supra a me indicatum est, in Daniam atque Borussiam (quod Deus prohibeat) direxisse, et tamen adhuc incertum est, ex qua parte primum irruptionem fieri ab illis decretum sit. Ad haec varias practicas intendi mirificasque moliri insidias ex Inferiori Germania ad me pervenit.

Cum igitur omnes res in maximo versentur periculo, ideoque summa diligentia observandae, necnon Sacrae Maiestati Vestrae Regiae Amplissimoque Poloniae Regno in istis bellicosis contractibus atque inceptis meo iuditio non parum situm, similiter istis in locis mutuis auxiliis

valde opus videatur, nihilominus etiam omnia inditia atque certificationes ex omni parte eo inclinent, quo tandem conatus atque molimina, de quibus dudum cogitarunt, ad rem et opus perferre possint, talia debita mea obedientia et singulari bona voluntate (praesertim cum Rex Swetiae et Livonienses milites conscripserint atque iam iam in expeditione sint) Sacrae Maiestati Vestrae Regiae indicare volui. Et quamvis[b] Maiestatem Vestram Regiam, Dominum meum clementissimum, proxime post Deum ut plurimum sperem, neque de illa quicquam dubitem, tamen tanquam sollicitus, istas hac de re concipio cogitationes, videlicet cum ex Livonia super aquis facile[c] improvisus aliquis impetus in has regiones fieri posset, quod sic propter tardiorem illis resistendi moram (quandoquidem Sacra Maiestas Vestra Regia longius hinc absit) inevitabile damnum huic regioni accideret. Tamen[d] quo[e] istis omnibus quantum possibile, divina Dei gratia praeveniri ac resisti possit, humiliter devoteque nunc denuo ac summa diligentia rogo (sicut et antea iam saepius nonnisi ex singulari animi affectu erga regiones has ac subditos facere sum sollicitus[f]), ut Sacra Maiestas Vestra Regia omnibus Prussiae provinciis vigilantes et ad expeditionem paratos esse demandare dignetur tantumque efficere, quo munitiones arcium ac civitatum sufficientibus alimentis aliisque necessariis curentur; praeterea Prussiae quibusdam ordinibus pro regia sua clementia potestatem tradere, qui tempore necessitatis, ubi quid periculosi ex alteris Prussiae partibus immineret, nomine Sacrae Maiestatis Vestrae Regiae in auxilium reliquis totam provinciam convocarent; ad haec proximis in Mazovia ac Cuiavia tenutariis Capitaneisque[g] iniungere, ut ingruente necessitate ac invocati illis interim auxilio sint, donec aliunde auxiliares copiae mittantur. Nam meo iudicio hosti isto pacto, dum nondum praemunitus ac plane offirmatus, commodissime resisti poterit. Metuo enim neminem tantum tamque magnum munus absque singulari Sacrae Maiestatis Vestrae Regiae mandato subiturum.

Postremo videtur consultum, si quando ego (prout nunc sunt res) ex Livonia, quod Deus prohibeat, obruerer, quod tunc Sacra Maiestas Vestra Regia iuxta meos milites constitueret ex Magno Ducatu Lithuaniae rursum in Livoniam impetum facere, quo sic Livonienses Prussiam deserere ac propriam regionem defendere cogerentur. Haec tamen omnia Sacrae Maiestatis Vestrae Regiae innatae sapientiae excellentique ingenio committo[h] ac me meosque subditos in eiusdem tutelam ac defensionem humiliter commendo, hac certe fretus spe ac fiducia Sacram Maiestatem Vestram Regiam neque consilio, neque auxilio, neque re denique ipsa nobis omnibus defuturam. Si quid etiam in posterum, quod Sacram Maiestatem Vestram Regiam scire dignum videbitur, compertum habuero, id eandem propter debitam meam obedientiam scire diligenter curabo.

Ultimo, cum practicae atque technae, quae mihi undequaque struuntur, valde videantur periculosae, decrevi propter commune bonum aliquot suscipere milites. Quo autem hoc mihi fiat facilius, Sacram Maiestatem Vestram Regiam humiliter oro, ut eadem mihi in omnes eiusdem Sacrae Maiestatis Vestrae Regiae provincias ac civitates regiam commissionem dare dignetur, quo istis in locis sine ullo impedimento pedites militesque, et equis et navibus aptos, nancisci atque conscribere possim. Haec et similia erga Sacram Maiestatem Vestram Regiam summa ac debita diligentia semper promereri studebimus. Quam nunc Deus Optimus Maximus diu salvam atque foelicem conserveti. Datae ut supra.

Commissio Principis.

Ex Germanico in Latinum translatum per Magistrum.

Cedula

Quod Caesar[5], Papa[6] inducias a Turca[7] per sex menses impetrarint. Quandoquidem Sacra Maiestas Vestra Regia innata quadam sapientia prudentique consilio, pro harum terrarum ac utriusque subditorum commoditate, mihi iniunxit, ut si quid in posterum de Turca, communi christianorum hoste, compertum haberem, id quam primum Sacrae Maiestati Vestrae Regiae communicarem, nolo igitur eandem, ut Dominum meum clementissimum, pro debita mea obedientia, tamen clam singulari fiducia celare, praeteritis hisce diebus certo mihi nunciatum, Caesaream Maiestatem, Papalem Sanctitatem, Regem Franciae[8], Romanam Regiam Dignitatem[9], Venetos, necnon alios Regni Romani proceres ac potentatus, excepto Portugaliae Rege[10], pacem atque inducias a tyranno Turcarum Caesare in sex menses impetrasse. Et speratur, si nominatus Rex Portugaliae ab istorum confoederatione se abstinere cogeretur, perpetuam inter illos fore pacem. Quo autem haec inclinent, quidve sibi velint, Sacra Maiestas Vestra Regia, tanquam Rex sapientissimus, facile iudicabit. Haec tamen pro meo officio debitoque obsequio Sacrae Maiestati Vestrae Regiae indicare volui, humiliter rogans, ut eadem ista omnia clementer ex regio favore interpretari atque in eam partem, qua ego indicavi, accipere dignetur, siquidem hoc unicum et maximum meum est studium: Sacrae Maiestatis Vestrae Regiae eiusdemque inclitae[j] Coronae Poloniae commodum quaerere et istud etiam privato anteferre. Deus Sacram Maiestatem Vestram Regiam diu conservet[k] incolumem. Datum ut in litteris.

Mutatis mutandis ad Comitem de Tharnaw.

Commissio Principis.
Magister Christophorus.

a) *verbum correctum.*
b) *sequitur verbum illegibile (3 litterae).*
c) *sequitur non expunctum*: de.
d) *supra lineam.*
e) *sequitur expunctum*: autem.
f) *probabiliter error pro*:solitus.
g) *correctum ex*: Capitaneosque.
h) *sequitur expunctum*: commi.
i) *in ms.* conservat.
j) *supra lineam.*
k) *in ms.* conservat.

1) *Gustavus I.*
2) *Christianus III.*
3) *Fridericus II comes palatinus Rheni.*
4) *Varberg.*
5) *Carolus V.*
6) *Paulus III.*
7) *Solimanus II.*
8) *Franciscus I.*
9) *Ferdinandus I.*
10) *Ioannes III.*

N. 1790.

E Regio Monte, 14.IV.1540.

Albertus dux in Prussia
Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, exercituum R.P. capitaneo,
« scribit de insidiosis ac malis quibusdam practicis et technis Regis Schvetiae, quibus his terris Prussiae nocere studet » (*epistola fere identica cum litteris ad regem, N. 1789).*

(Sub textu: Mutatis mutandis ad Dominum Andream a Gorckaw).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 167-172.

N. 1791.

E Regio Monte, 14.IV.1540.

Albertus dux in Prussia
Nicolao Nibschitz
rogat, ut litteras suas, ad regem, Ioannem Tarnowski, Andream a Górka scriptas, eis tradat et negotia sua apud regem, Samuelis Maciejowski accedente auxilio, diligenter promoveat.
(2 schedulae: 1. certior fieri cupit, an inter christianos a rege Hungariae [Ioanne] ex captivitate Turcica redemptos Christophorus Pferssfelder fortassis inveniatur; 2. transmittit litteras marchionis Gulielmi, confirmati archiepiscopi Rigensis, ad regem scriptas, et rogat, ut eas regi reddat et responsum regium mittat).

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 429v-430.

N. 1792.

E Regio Monte, 15.IV.1540.

Albertus dux in Prussia
Iosto Ludovico Decio
Eustachio Vogelweyder, monetae suae praefecto, se mandasse nuntiat, ut de quadam fodina (ein bergkwergk) *sibi referret; aliquot centenaria cupri sibi mitti petit.*

(Germanice)

Cfr. El. XLVIII, N. 360.

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 430v.

N. 1793.

E Regio Monte, 25.IV.1540.

Albertus dux in Prussia
Ioanni Kuncewicz (Iwano Hunkowitz), praefecto Jurborgensi,
litteras reginae Bonae et litteras eius, multas querelas reginae de Ragnetensibus, Thilsensibus et Insterburgensibus, subditis suis, continentes, se accepisse nuntiat et pollicetur se post accuratam et sufficientem inquisitionem ad easdem querelas responsurum esse.

(Latine)

Cfr. El. XXX, N. 197.

Ostpr. Fol., vol. 51, f. 273.

N. 1794.

E Regio Monte, 30.IV.1540.

Albertus dux in Prussia
Andreae a Górka, castellano Posnaniensi, Maioris Poloniae capitaneo,
pro Melchioris a Rechenberg relicta vidua, ex Ducatu Prussiae ad bona sua in Silesiam profectura, intercedit rogans, ut litteras passus ei dare velit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, f. 274.

N. 1795.

E Regio Monte, 13.V.1540.

Praelati, proceres, nobiles et civitates Ducatus Prussiae
Sigismundo I regi Poloniae
rogant, ut ab imperatore et rege Romanorum impetrare studeat, quo imperiale bannum in eos latum tandem tollatur et abrogetur.

Cfr. El. XXX, N. 205.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 275-278.

Ad Regem Poloniae, XIII Maii.

Petunt per oportuna quaedam media se tandem ab odioso imperiali banno liberari.

Post humillimam servitorum nostrorum debitorum in gratiam illius commendationem.

Cogimur, necessitate quidem summa id postulante, Sacram Maiestatem Vestram Regiam, in quam scilicet proxime post Deum omnem spem ac fiduciam nostram collocamus, hisce nostris litteris invisere eidemque maxima nostra gravamina molestiasque significare, subdite ac humillimis praecibus obsecrantes, Sacra Vestra Regia Maiestas dignetur id aequi bonique consulere, nec in malam partem interpretari, sed culpam hanc necessitatibus nostris adscribere. Non autem dubitamus, quin Sacra Maiestas Vestra Regia in recenti adhuc memoria habeat, quae Illustris Princeps ac Dominus, Dominus Albertus etc., cum toto titulo etc., Dominus noster clementissimus, praeterito tempore saepius cum per se, tum ad subditas nostras petitiones, Maiestati Vestrae Serenissimae de practicis Teutonici Ordinis, imperiali banno hisque adhaerentibus scripserit. Cuius nomine Illustrissima eius Celsitudo semper nobis spem fecit, Maiestatem Vestram Regiam illius Celsitudinem nosque miseros eius subditos in regia sua gratia servaturam, necnon ex hac tam gravi ac periculosa causa, quantum unquam fieri posset, liberaturam esse, sicuti non dubitamus Maiestatem Vestram Regiam omnem operam atque diligentiam suam, quo huic malo remedium aliquod inveniri potuisset, adhibuisse. Nihil tamen certi hucusque, quantum nobis constat, impetrari potuit, multo minus molestissimum illud publicatum imperiale bannum[a)] aboleri. Et quamvis ex Dei Optimi Maximi benignitate in hunc usque diem nihil propter dictum iam imperiale bannum gravi[z)] aut adversi sit secutum, quod ob summam Maiestatis Vestrae Regiae observantiam aliorumque benevolorum promotionem omissum plane arbitramur, nihilominus tamen omnium negociorum nostrorum causa semper in periculo nos consistere oportuit, quod postmodum, nisi haec excommunicatio e medio tollatur, grave nobis damnum ac exitium esset allaturum.

Posteaquam vero haud ex longo elapso tempore Illustris Princeps Prussiae Dux etc., Dominus noster clementissimus, nobis significavit, Magnificum ac Generosum Dominum Petrum Opolinski etc., iunioris Sacrae Maiestatis Regiae Curiae Magistrum, scripsisse, quomodo Magnificentia illius ex Caesarea Maiestate[1)] id de Teutonici Ordinis practicis eidemque adhaerentibus, necnon imperiali banno perceperit, quod huiusmodi causa in Romano Regno tractari oporteret, atque ideo eo reiecta. Et cum ex divina ordinatione Romanae Caesarea ac Regia Maiestates nunc in Germaniam, uti ad nos relatum est, atque adeo unum in locum venerint,

ubi procul dubio malevoli apud Maiestates Suas huiusmodi periculosas practicas struere non cessabunt, nosque in longinquioribus paulo locis hic existentes ex communi fama audierimus, quomodo inter iuniorem Regiam Maiestatem Poloniae, Dominum nostrum omnium clementissimum, et Romanae Regiae Maiestatis filiam primogenitam[2] matrimonii foedera contracta sint, quod opus uti vere pium ac christianum est, ita faustum ac foelix esse ut plurimum optamus, nec dici potest, quantum ex eo nuncio gaudium conceperimus. Proinde cum Sacra Regia Vestra Maiestas nobis pro summa sua erga nos clementia in proximiori perpetuorum foederum seu contractuum constitutione promiserit, se in omnibus necessitatibus nostris clementem Regem, protectorem ac defensorem erga nos exhibituram, de quo nullo unquam tempore dubitavimus, nec adhuc quicquam[b] dubitamus, et Romanae Caesarea ac Regia Maiestates, ut supra dictum est, nunc convenerint, ubi multae ac gravissimae sine dubio causae, quae ad Regnum Romanum pertinent, suscipientur, ac praedicti fortassis regii matrimonii interlocutionem fieri non dubitemus, nec diffidamus Sacram Maiestatem Regiam Vestram in eo negocio tum splendidissimae regiae suae domus Amplissimique Regni, tum omnium Ducatuum, terrarum ac subditorum suorum, necnon nostrorum miserorum necessitates iam dudum considerasse et adhuc consideraturam, rogamus Maiestatem Vestram Regiam, uti Dominum nostrum omnium clementissimum, humillimis summisque praecibus, eadem dignetur causam nostram, tanquam suam Regnique sui propriam, sicuti re vera est, iuxta fidem nobis praestitam ita in se recipere atque adversus Teutonicum Ordinem defendere quo Romanae Caesarea ac Regia Maiestates caeterique omnes intelligere queant, Sacram Maiestatem Vestram Regiam nos omnino in regia sua gratia ac tuitione conservare ac retinere velle. Et ut Regia Vestra Maiestas per oportuna quaedam media, quae pro excellenti sua prudentia, tanquam sapientissimus Rex, facile inveniet, eo laborare velit, quo tandem gravi ac periculosa hac excommunicatione, quae nostro iuditio non parum periculi prae se ferre videtur, liberari queamus. Hoc namque pacto et iniqui Teutonici Ordinis illique adhaerentium conatus facilius infringerentur et nos tanto citius in tranquillitatem ac securitatem redigeremur, hocque magis de Regiae Maiestatis Vestrae tuitione ac defensione gaudere possemus. Id nos erga Maiestatem Vestram Regiam eiusdemque universam clarissimam regiam domum pro summis nostris viribus promereri studebimus Deumque Optimum Maximum assiduis orabimus praecibus, ut is Maiestatem Vestram Regiam cum charissima Domina consorte[3] dulcissimisque pignoribus, Dominis nostris clementissimis, ad divini nominis sui gloriam et pro totius Regni Poloniae harumque terrarum Prussiae incolumitate diu salvam, foelicem ac superstitem conservare velit. Quorum regiae clementiae nos nostraque omnia unice commendamus. Datae ut supra.

Eiusdem Sacrae Maiestatis Vestrae Regiae
obsequentissimi deditissimique subditi
Praelati, Barones, Equester ordo, Civitates
caeterique Ducatus Prussiae subditi.
Hyeronimus.

a) *sequitur expunctum*: gravi aut adversi sit secutum, quod ob summam.
b) *in margine.*
z) *sic in ms.*

1) *Carolus V.*
2) *Elisabeth, filia Ferdinandi I.*
3) *Bona.*

N. 1796.

E Regio Monte, 13.V.1540.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
rogat, ut vel per legatos, vel per litteras, vel per alia opportuna media apud imperatorem et regem Romanorum instare velit, quo imperiale bannum contra se et subditos suos latum tandem abrogetur.

Cfr. El. XXX, N. 204.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 279-281.

Ad Regem Poloniae seniorem, XIII Maii.

Orat Maiestatem Regiam Poloniae vel proprio legato vel tandem literis apud Imperatoriam et Regiam Maiestates[1] instare quo, odiosa proscriptio aboleatur[a].

Quanquam Regiae Vestrae Maiestati, inevitabili coactus rerum necessitudine, super multiiugasque subditorum meorum conflagitationes, sagacissima Theutonici Ordinis cacotechnia, quibus importabilem imperialis censurae Ducatus tocius proscriptionem molestaque alia erga Regiae Maiestatis Vestrae feudum, me subditosque meos gravamina impetravere, officiose multocies significaverim, humillime petendo, quo Regia Vestra Maiestas aures semel regias ac animum paternum ad patrocinium oppressis sufferendum intendere, meam subditorumque meorum causam, ut propriam, sicuti et re vera est, regia clementia prosequi, apud Imperatoriam Regiamque Maiestates ita pro viribus commendare promovereque tandem dignaretur, quo formidabile proscriptionis telum diffrangeretur, tam gravem censuram abolendo, vel certe ad tempus saltem aequis rationibus suspenderetur, praesidium tamen hactenus remoratum, quo infortunio nescio, certe Regiae Vestrae Maiestatis diligentiae, studii et alacritatis culpa admissum non esse probe novi, quominus miseris affulsit. Interim praeterea Regiae Vestrae Maiestatis legatum, Magnificum Dominum Opolinski, ab Imperatoria Maiestate in Hispaniis, super hac re sollicitantem, tale responsum consecutum fuisse scriptis accepi, ut quanquam multa in Imperio de causa Ordinis Theutonicorum, proscriptionem et alia concernentia, acta ac ventilata fuerint, nescire tamen Suam Maiestatem, praecipue quum iam praesens in Imperio non sit, quicquam super hoc negotio decernere, statuere vel diffinire; sicque causam prorsus intactam ad Suae Maiestatis Dominum fratrem, Regiam Maiestatem, et Imperium devolvit ac remisit.

Quum autem ex tali suspecta causae protelatione optabile nullum de extinctione proscriptionis responsum mihi appareret, sed re integra persistente in ancipiti haerere conspexissem, fidelibus subditis meis haec detexi. Qui dum rumore haud vano cognoverunt, Imperatoriam ac Regiam Maiestates in Germania proxime convenisse, ac indubia coniectura facile colligunt, adversarios praedictos coninsidiarum molimina in nostram perniciem acuituros, me iterum praecibus aggressi sunt, ac uti praegravati odio imperialem ob proscriptionem plus quam hostili, licet hactenus

nihil discriminis intulerit ipsis, Deo pericula avertente, liberari tamen se a tam pravi sarcina, insidiarum spiculis referta, diutino metu diutissime tollerata, ex animo affectantes cupientesque, quo utrorumque, tam meo quam eorum nomine, Regiae Vestrae Maiestatis opem, consilium et auxilia paterna officiose implorarem.

Quare a Regia Vestra Maiestate dedita mea, humilis, amica et fiducialis peticio est, Clementissime Rex, ut integrum istius causae nostrae tutelare patrocinium iterum in se recipere velit et se meo ac subditorum utriusque nomine impotenti adversariorum aestui haud gravate[b] opponere, apud Imperatoriam Regiamque Maiestates vel legationis munere vel certe per alia oportuna media instare ac ea dexteritate paterna et gravitate regia laborare, quo tamen eorum Maiestatibus, quam aliis omnibus, constet, Regiam Vestram Maiestatem me ac meos, tanquam subditos proprios et peculiares, tutorio auxilio complecti meque, ut Principem feudalem et sanguine iunctum amicum, propenso semper animo fovere[c]. Faxit Deus, ut Ducatum meum ac subditos utriusque ab importabili hac censura liberatos et e mediis curarum undis emersos pacificatosque videam in diebus meis. Quod certe post Deum a nemine efficacius et oportunius praestare et impetrare[d] posse conspicio, quam a Regia Vestra Maiestate, ad quam ego cum meis subditis, tanquam proprium ad asylum, suffugimus, qui degustato regio favore exciterentur ad debiti muneris venerationem pro longaevo faustoque Regiae Maiestatis regimine, quod et alioqui indesinenter praestant, alacriores praecaturi. Haec quacunque tandem ratione, quibuscunque modis, meam iuxta omnem possibilitatem, vera ac integra subiectione promereri valuero, semper Regiae Vestrae Maiestati promptum me offero ac paratum etc. Datae ut supra.

Commissio Principis ex relatione.
Christannus transtulit.

a) *in ms.* aboliatur.
b) *correctum ex*: gravatae.
c) *in ms.* foveri.
d) *error pro*: praestari et impetrari?
1) *Carolus V et Ferdinandus I.*

N. 1797.

E Regio Monte, 14.V.1540.

Albertus dux in Prussia
Felici Srzeński, palatino Plocensi, capitaneo Marienburgensi,
pro subdito suo Adamo a Dellen, causam quandam de hereditate coram Senatu ac iudicio Marienburgensibus contra avunculi cuiusdam sui privignos habente, intercedit et rogat, ut illi in hac causa iustitiam indilatam administrari curet.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, f. 282.

N. 1798.

E Regio Monte, 23.V.1540.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
de indutiis ab imperatore, rege Daniae et Domo Burgundiana initis.

(2 annexa: 1. finale responsum ab imperialibus legatis Danicis datum. 2. finalis sententia Comitiorum Schmalcaldiensium...).

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 283-289.

Ad Regem Poloniae, XXIII Maii.

Scribit de induciis, quas Caesarea Maiestas[1], Regia Dignitas Daniae[2] et Domus Burgundiana per annum fecisse dicuntur.

Quandoquidem variis ac periculosis his temporibus omnes practicas, insidias, conatus ac molimina, quantum ego compertum habui, partim debita mea obedientia partimque Sacrae Maiestatis Vestrae Regiae mandato iniuncto, eidem humiliter significarim, non minus nunc mei eciam officii esse existimo, bonum, si quod exortum mihique notum est, Sacrae Maiestati Vestrae Regiae patefacere. Quapropter Sacra Maiestas Vestra Regia scire dignetur, Romanam Caesaream Maiestatem, Regiam Dignitatem Daniae ac Domum Burgundianam de pace convenisse induciasque per annum constituisse, sicut Sacra Maiestas Vestra Regia ex inclusis copiis, quas eidem ex officio ac summa fiducia mittere volui, cernere cognoscereque poterit. Quid nunc amplius Omnipotens Deus, largitor pacis, concedere voluerit, in posterum manifestabitur.

Si quid nunc Sacra Maiestas Vestra Regia his omnibus plus vel maius quippiam habuerit (sicut eam habere minime dubito), devote humiliterque rogo, ut eadem ex regio favore singularique gratia istiusmodi mihi communicare dignetur. Ad Deum Omnipotentem supplices praeces fundens, ut is divina sua gratia omnes res christianorum apud summae ac infimae conditionis homines ad pacem, tranquillitatem, concordiam mutuumque amorem dirigere atque convertere velit, quo tandem communi christicolarum suffragio atque ope christiani sanguinis cupidissimo hostique immanissimo, Turcae, armata hostilique denique manu resisti ac illius vis atque iniuria, quam misero semper christianorum gregi inferre conatur, semel infringi possit.

Haec habui, quae Sacrae Maiestati Vestrae Regiae, ut Domino meo clementissimo, singulari animi devotione indicare volui. Oroque, ut Sacra Maiestas Vestra Regia ista omnia boni consulere ac meum officium, studium animique promptitudinem inde cognoscere dignetur. Me meosque subditos in Sacrae Maiestatis Vestrae Regiae favorem tutelamque humiliter commendo. Sacram Maiestatem Vestram Regiam quam diutissime prosperrima valetudine, optimo regimine, omnibusque in rebus foelicissimis semper frui successibus exopto. Datae ut supra.

Commissio Principis
ex relatione Cancellarii.
Magister Christophorus.

1) *Carolus V.*
2) *Christianus III.*

Annexum I:

Finalis sententia in Inferiori Germania per caesareanos Regiae Dignitatis[1] legatis data, cum confirmatis indutiis per annum.

Anno XL.

Serenissime Rex etc.

Post oblationem debitorum nostrorum servitiorum Regiam Maiestatem Vestram humiliter scire facimus, nos hoc die cum deputatis ac ordinatis consiliariis inducias, in quas etiam Caesar[2] consensit, per annum decrevisse.

Causa, quamobrem tam breve tempus praefixum sit, haec est: Caesarem cogitasse, si induciae longius protractae fuissent, tunc causa principalis pacis denuo, sicut antea quoque factum, oblivioni traderetur[a].

Hoc ut praecaveatur, de Comitiis, quae ante exitum unius anni propter principalem causam fieri debent, cum ordinatis consiliariis convenimus.

Quandoquidem vero a nobis praetensum sit talem terminum valde brevem esse, consiliarii per se ipsos nunc apud Caesarem longius inducia-rum consequendi vehementer laborant.

Nos, qui scimus Regiam Vestram Maiestatem pacis studiosam, ex nostra parte Electorem Saxoniae[3]. Lantgravium Cattorum[4] ac civitatem Hamburgam arbitros constituimus. Sed nescimus adhuc, an Caesar in istas personas consensurus sit necne, vel quas tandem electurus. De quibus omnibus crastino die certiores fieri debemus.

Praeterea nobis praeservavimus, si Schmalkaldiae istae res componerentur, vel ad ulteriora Comitia protraherentur, quod isti tunc inter nos sermones habiti cessare et prorsus liberi esse deberent.

Dux de Cleve et Gellernn hoc die una cum Duce Heinderico Brunswicensi huc advenit, qui, sicut fama fertur, Ducissam Mediolanensem[6] in uxorem ducet. Quapropter Fuchsium hic perdurare aliquantisper constituimus, omnes res ac molimina diligenter, quantum fieri poterit, ut perquirat.

Hac ipsa hora responsum a Caesare impetratum est, indutias ultra annum ex praedicta causa non prorogari. Datum Genua die Martis post Misericordias Domini anno XL.

Certo etiam scimus Mariam Reginam in tres annos inducias dare consuluisse, sed Ducissam Mediolanensem ac Friderici Comitis Palatini consortem apud Caesarem impedivisse.

a) *in ms.* traderentur.
1) *Christianus III.*
2) *Carolus V.*
3) *Ioannes Fridericus.*
4) *Philippus landgravius Hassiae (Casellum Cattorum - Kassel).*
5) *Gulielmus.*
6) *Christina Danica.*

Annexum II:

Finalis sententia facti Comitii Schmalkaldiae[a] in festo Paschae anno XL inter Regiam Dignitatem Daniae[1] et Fridericum Comitem Palatinum etc.

Elector Dux Saxoniae[2] ac Princeps Cattorum seu Hassiae[3] Regiae Maiestatis Daniae consiliariis et legatis sequentia haec indicare fecerunt.

Ut ipsi apud Regiam Maiestatem iuxta Illustritatum Suarum litteras,

quas ad eandem dare decreverunt, sequentia haec expedire ac promovere velint.

Nempe ut Regia Sua Maiestas quibusdam Friderici Comitis Palatini consiliariis ad Regem Christiernum, iuxta Principum istorum praedictorum ordinatos consiliarios minus suspectos, aditum facere ac concedere velit.

Regiae ipsius Dignitatis tanquam principalis animum propter huius causae necessitatem sine omni dolo cognoscere et audire, neque quicquam cum illo agi debere, quod ad practicas pertinere vel seditiones aut bella movere[b] videri possit.

Ut praefata Regia Maiestas Daniae istis Electori ac Hassiae Principibus, post talem concessionem, ulteriorem actionem eandemque sequenti modo persequi amice concedere velit.

Ut Elector Saxoniae ac Princeps Hassiae ipsorum summos consiliarios ordinatos hac aestate versus Hamburgam ad agendum summa diligentia istam causam mitterent.

Et ut Regia Maiestas, similiter etiam Fridericus Comes Palatinus, ad talem diem, quem Dux Saxoniae et Lantgravius Hassiae utrique parti indixerint, et suos necessaria commissione eo ablegarent.

Ut Regia Maiestas ad citatos iam duos articulos Saxonum ac Cattorum Principibus suum animum, quam primum fieri possit, per litteras significare dignetur.

Tunc dicti iam Principes Regiae Maiestatis Daniae sententiam ac voluntatem Friderico Palatino absque omni mora patefacere deberent.

Praeterea Saxonum et Cattorum Principes de eiusdem Comitis Palatini animo vicissim certiores fieri debent.

Et cum sic ambae partes ad praefatam conventionem propensae inventae fuerint, tunc Saxonum ac Hassiae Principes utrique parti diem versus Hamburgam ad peragendum istam causam per consiliarios Illustritatum Suarum indicere ac amice denotare deberent.

Tunc etiam Principum praedictorum necnon Comitis Palatini consiliarii ante initium causae similiter, ut supra dictum est, ad Regem Christiernum admitti deberent.

Postea a consiliariis summa fides ac diligentia adhiberi debet, ut causae, dissensiones[c] ac ea, quae Regis Christierni captivitatem spectant, ad commodas ac convenientes vias dirigantur ac media quaedam omnia componendi inveniantur.

Cum vero consiliarii viderint aliquam spem esse, istas causas commode transigi posse, tunc ipsi talia ipsorum praedictis iam superioritatibus per litteras declaratione totius causae circumstantiarum ac conditionum indicare debent.

Tunc duo isti Saxonum et Cattorum Principes et ad Celsitudinum Suarum amicas litteras, etiam Regia Maiestas Daniae necnon Fridericus Comes Palatinus, propria persona eo venire deberent, laetum exitum amicamque (Dei gratia) causae transactionem expectantes.

Elector et Hassiae Principes dubitare minime volunt, Fridericum Comitem Palatinum amicis et humanis cogitationibus ac consiliis causae non defuturum.

Quantum Caesareae Maiestatis ratificationem vel eiusdem datum mandatum attinet, quicquid etiam Principis Mediolanensis[4] cessionem necnon charissimi eius consortis[5] firmum consensum spectat, Electori ac Hassiae

Principibus de praesenti ipsorum praescripti diei Hamburgae visitatione Comitis Palatini sententia amice declarari debet, quo Elector ac Hassiae Principes de praefata apparitione aliquam denique noticiam habeant.

a) *correctum ex*: Schalkaldiae.
b) *in ms.* moveri.
c) *in ms.* dissessiones.
1) *Christianus III.*
2) *Ioannes Fridericus.*
3) *Philippus.*
4) *Christina Danica.*
5) *dux Lotharingiae.*

N. 1799.

E Regio Monte, 1.VI.1540.

Albertus dux in Prussia
episcopo Cracoviensi [Petro Gamrat]
litteras eius, 26.V.1540 ex Pułtusk (Pultowsko) *datas, se accepisse nuntiat et pro singulari erga se studio et salutatione gratias agit; Felicem Srzeński, palatinum Plocensem et capitaneum Marienburgensem, sibi commendatissimum esse scribit.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVI, N. 642.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 290-291.

N. 1800.

E Regio Monte, 6.VI.1540.

Albertus dux in Prussia
Samueli Maciejowski, episcopo Chelmensi, R.P. vicecancellario,
de conventu Lubecae celebrato civitatum maritimarum, quae omnibus nautis Selandis aditum in terras Poloniae et Prussiae prohibere et mercaturam interdicere moliuntur, nuntiat et rogat, ut rex aut per legatos aut per litteras de periculis inde orituris imperatorem certiorem reddat.

(Adest etiam textus germ., Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 430v-432).

Cfr. El. XXXVI, N. 645.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 291-294.

Ad Samuelem Maziewski, VI Iunii.

Suadet ex probabilibus rationibus Sacram Maiestatem Regiam Poloniae Caesareae Maiestati[1] scribere propter conventum civitatum maritimarum in Lubeka, quae omnibus Selandis aditum in terras Poloniae et Prussiae prohibere moliuntur.

Cum non ignoret Reverenda Paternitas Vestra, imo etiam pro parte experta sit, quantum utilitatis atque commodi frumentorum aliarumque rerum exportatio et navigatio Amplissimo Poloniae Regno attulerit, id-

circo Reverendam Paternitatem Vestram fido pectore celare nolumus, nos hodierno die certo comperisse, quod maritimae civitates, in Lubecka nunc congregatae, Selandis omnibus aditum in ditiones regionesque cum suas, tum has prohibere, illorumque non plures quam certum quendam numerum immittere in animo habeant, et quo maiori authoritate id observari possit, quaerunt modos et vias, ut pro confirmatione privilegiorum suorum, necnon et huius instituti sui, legatos suos ad Romanam Caesaream Maiestatem ablegare queant. Quae res si hoc modo illis succederet Caesareaque Maiestas istud permitteret, facile penes se diiudicare Reverenda Paternitas Vestra poterit, quantum detrimenti atque incommodi istud communi Reipublicae celeberrimoque Poloniae [Regno] allaturum esset, praesertim cum subditi ac incolae frumentum suum vendere quodammodo cogerentur. Et cum ad unam hoc tempore civitatem centum aut plures naves appulerint, postmodum ad omnes civitates vix centum admitti deberent.

Verum quo huic malo in tempore praeveniri possit, publicae utilitatis gratia praetermittere non potuimus, quin talia Reverendae Paternitati Vestrae, quo Sacrae Maiestati Regiae, Domino et avunculo nostro clementissimo, haec eadem tanto facilius aperire possit, significaremus. Atque apud nos quidem ad infringendum pravum consilium salubrius remedium excogitari[a)] non potuit, quam si dicta iam Regia Maiestas Romanam Caesaream Maiestatem aut per legatos aut litteris inviseret indicando, quomodo Regia illius Maiestas pro certo compertum haberet, quod omnibus nautis Selandis ac praecipue iis, qui per mare victum seu potius rem familiarem quaerunt, mercaturam suam deinceps in civitatibus exercere et navigare, sicuti hucusque soliti sunt, interdici deberet.

Cum autem Inferior Germania et occidentalis terra non parvam frumenti copiam semper ex Regno Poloniae acceperit, atque per Romanam Caesaream Maiestatem istud hoc modo civitatibus non solum in dicti iam Amplissimi Poloniae Regni, verum etiam Maiestatis Suae Caesareae proprium incommodum atque detrimentum permitteretur confirmareturque, quid aliud, quaeso, fieret, quam quod omnibus Inferioris Germaniae Maiestatisque Suae Caesareae subditis et mercatoribus, in has regiones cum mercibus suis migrantibus, summa seu potius extrema immineret perditio atque interitus, omnisque frumenti navigatio in Inferiorem Germaniam per hoc debilitaretur diminuereturque.

Ex his itaque causis Sacram Maiestatem Regiam rem communi utilitati haud indignam aut alienam facturam iudicamus, si eadem primo quoque tempore ad Romanam Caesaream Maiestatem hoc nomine scripserit eandemque huius rei amice ac fraterne admonuerit petieritque, ne Caesarea illius Maiestas civitatibus istud, quocunque etiam modo seu praetextu id vel quaererent vel praetenderent, permitteret. Imo potius si existimarent[b)] hunc articulum in privilegiis suis contineri, quae Caesarea Maiestas eis renovare vellet, ut hi omnes, qui ad Regiam Maiestatem Poloniae pertinerent, in iis excluderentur. Et ut Caesarea Maiestas illis ea privilegia, quae illius Caesareae ac Regiae[2)] Maiestatum caeterorumque Principum ac Potentatuum dignitatibus, iurisdictionibus seu quibuscunque libertatibus[c)] quoquo modo adversari aut contra ire viderentur, nullo

pacto renovare aut confirmare, sed potius talem se erga Regiam Maiestatem praebere vellet, qualem vicissim cupiat Regiam Maiestatem se exhibere erga Catholicam illius Caesaream Maiestatem. Ne autem mora, quae plerumque solet esse nociva, hac in parte aliquid incommodi adferat, neve civitates prius istud apud Caesaream Suam Maiestatem peragant vel impetrent, rogamus Reverendam Paternitatem Vestram, uti amicum nostrum charissimum, ut hoc negotium diligenter sibi commendatum habere tantaque diligentia promovere velit, quo intelligere queamus id cordi sibi fuisse. Nos dabimus operam, ut Reverendae Paternitati Vestrae in re longe maiori vicissim gratificari queamus. Datae ut supra.

Commissio Principis propria.

Ex Germanico in Latinum translatum per Hyeronimum Schurstab.

a) *correctum ex*: excogitare.
b) *in ms.* aexistimarent.
c) *in ms.* libertatis.

1) *Carolus V.*
2) *Ferdinandus I.*

N. 1801.

E Regio Monte, 14.VI.1540.

Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarło, vexillifero Sandomiriensi,
quod ei equus dono missus placuerit, gaudet; pro equo gradario sibi ab eo misso gratias agit; rogat, ut Isabellam Hungariae reginam nomine suo salutet et de valetudine eius ante partum, ad festa Pentecostes exspectatum, se certiorem faciat.

(Germanice)

Cfr. El. XLIII, N. 8.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 432-433.

N. 1802.

E Regio Monte, 15.VI.1540.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
litteras regias, 5.VI.1540 datas, se accepisse significat et magno cum gaudio ex iis percepisse, regem pro abroganda proscriptione celerem nuntium ad imperatorem missurum esse; pro qua regia clementia maximas agit gratias.

(Latine)

Cfr. El. XXX, N. 205.

Ostpr. Fol., vol. 51, f. 295.

N. 1803.

E Regio Monte, 16.VI.1540.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
pro Ioanne Zisemann, cive Caunensi, cui Andreas Schultze (Schultis, Schults) *duas sexagenas lignorum, Wagenschoss dictorum, quorum partem aliquam dedit, partem vero reliquam nullo modo ab eo extorquere potest, intercedit et rogat, ut regio mandato ei iustitia debita administretur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 295-296.

N. 1804.

E Regio Monte, 16.VI.1540.

Albertus dux in Prussia
consiliariis Magni Ducatus Lithuaniae
pro Ioanne Zisemann, cive Caunensi, aliquot debitores in Magno Ducatu habente, intercedit rogans, ut curare velint, quo ei ab illis iustitia administretur.

(Latine)

Ostpr. Fol. vol. 51, f. 297.

N. 1805.

E Regio Monte, 16.VI.1540.

Albertus dux in Prussia
episcopo Chelmensi [Samueli Maciejowski]
pro studio et diligentia in negotiis suis apud regem expediendis gratias agit; ob nuntium a rege ad imperatorem missum gaudet; se cum gaudio percepisse nuntiat de causa sua a servitore reginae Bonae reginae Mariae commendata; negotium regundorum finium commendat.

Cfr. El. XXXVI, N. 643.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 298-299.

Ad Episcopum Chelmensem, XVI Iunii.

Agit gratias pro adhibita diligentia in expediundis negotiis apud Regiam Maiestatem. Laetatur, quod Regia Maiestas suo nomine nuncium ad Caesarem[1] miserit, orat eidem pro hoc gratias ingentes agere.

Postremo orat apud[a] eandem instare pro costituenda die finiendorum limitum.

Accepimus Reverendae Paternitatis Vestrae literas, Vilnae V die praesentis mensis et anni datas, ex quibus summum studium atque diligentiam Reverendae Paternitatis Vestrae in rebus ac negociis nostris apud Maiestatem Regiam expediendis perspeximus. Pro qua benevolentia studioque singulari Reverendae Paternitati Vestrae eas, quas possumus, maximas agimus gratias, daturi operam, ut maiores aliquando referre queamus.

Caeterum, quod in inclusa cedula Reverenda Paternitas Vestra scribit eo ipso die, quo Reverendae Paternitatis Vestrae litterae scriptae sunt, Maiestatem Regiam nuncium cum litteris ad Caesaream Maiestatem misisse, id pergratum nobis fuit, amice petentes, Reverenda Paternitas Vestra Maiestati Regiae eam ob causam nostro nomine ingentes gratias agere non dedignetur.

Nec minori sane gaudio percepimus ea, quae Maiestatis Reginalis[2] servitor, in aula Caesareae Maiestatis existens, ad postulata Illustris Principis Domini Alberti Iunioris, Marchionis Brandenburgensis, commendando causam nostram Serenissimae Reginae Mariae etc., in se recepit. Qui eo beneficio, quo nos sibi vehementer devinctos reddidit, tantam apud nos gratiam iniit, ut etiam non omissuri simus, quin studium ac benevolentiam illi nostram vicissim exhibeamus.

Postremo Reverendam Paternitatem Vestram celare nolumus, Serenissimam Reginam Poloniae, Dominam et adfinem nostram clementissimam, hesterno die nobis scripsisse propriumque nuncium ad nos misisse propter nonnullas querelas, quas Maiestatis Suae Capitanei atque subditi adversus nostros se habere praetendunt. Quarum litterarum necnon earum, quas vicissim ad eandem responsi loco scripsimus, copias Reverendae Paternitati Vestrae his inclusas transmittimus. Proinde cum varia variis atque incertis relationibus ad Maiestatem Suam Reginalem deferantur, rogamus amice summisque praecibus, ut Reverenda Paternitas Vestra, praesertim cum id se antea, quam primum in Lythuaniam ventura esset, facturam receperit, diligenter apud Maiestatem Regiam, Dominum et avunculum nostrum clementissimum, pro constituenda die terminandorum inspiciendorumque limitum causa instare velit, quo tandem hoc quoque negocium et utriusque Ducatus subditorum controversia ad iustum suum finem pervenire possit. Qua re gracius nobis facere Reverenda Vestra Paternitas nihil poterit, atque id ipsum erga Reverendam Paternitatem Vestram summo studio atque diligentia promereri studebimus. Datae ut supra.

Commissio Principis propria.
Hyeronimus.

a) *supra lineam.*
1) *Carolus V.*
2) *Bona.*

N. 1806.

E Regio Monte, 19.VI.1540.

Albertus dux in Prussia
Bonae reginae Poloniae
prolixius respondet ad querelas reginae de iniuriis subditis eius a subditis suis illatis.
(Schedula: de pratis in finibus sitis).
(Adsunt 2 concepta germ., HBA, B, K. 1161).
Cfr. El. XXX, N. 203
Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 300-307.

Ad Reginam Poloniae, XIX Iunii.
Respondet ordine ad omnes iniurias, quas Maiestas Reginalis suis

subditis ab Illustrissimi Principis Prussiae hominibus illatas scribit.

Sacrae Maiestatis Vestrae Reginalis literas[a], quae Vilnae[b] ultimo Maii praesentis anni datae sunt, a Mathia Blestzinski, eiusdem servitore aulico, debita reverentia accepi. Ex quibus benignum, clementem vereque reginalem animum, quo Sacra Maiestas Vestra Reginalis, tanquam Domina clementissima, me meosque semper prosecuta est et adhuc clementer prosequi pollicetur, intellexi, propter quod Sacrae Maiestati Vestrae Reginali[c] humiliter ingentes[a] ago gratias. Neque me eadem aliud unquam, quam quod hactenus (citra iactantiam) facere sum solitus, summis viribus adniti cognoscet, quo bonam vicinitatem et apud Sacram Maiestatem Vestram Reginalem summam ac consuetam clementiam reginalemque favorem conservare possim.

Quod autem Sacra Maiestas Vestra Reginalis in suis scriptis indicet, haec a meis Capitaneis simili modo parique diligentia non observari, neque talem eos vicinitatem colere, mihi talia de meis experiri iucundum non esset. Nam mea voluntas nunquam alia meumque mandatum nunquam aliud fuit, quam ut bonam ac decentem vicinitatem conservare nihilque contra eam inceptare[d] deberent. Et quandoquidem Sacra Maiestas Vestra Reginalis mihi ante haec tempora litteras miserit, ad quas hactenus nihil respondi, amice dediteque rogo, Sacra Maiestas Vestra Reginalis propter istud silentium tardioremque respondendi moram me excusatum habere dignetur. Nam me ad Sacrae Maiestatis Vestrae Reginalis scripta multa variaque prius cognoscere oportuit, praeterea etiam hoc elapso tempore urgentibus ex causis ex mea consueta aula in alium locum me conferre coactus fui, propterea minus Sacrae Maiestati Vestrae Reginali respondere potui. Interea etiam eiusdem nuncius advenit.

Quandoquidem autem Sacra Maiestas Vestra Reginalis in prioribus ad me datis litteris declamitet, omnes indicatos articulos non modo mere contra iura bonae vicinitatis, sed etiam adversus iuramenta, adversus foedera, mutua pacta et inscriptiones pacis perpetuae fieri, ad haec omnia (quod scilicet deberem mere contra ius et aequitatem facere etc.) quamvis postulante necessitate me honestissime excusare possem, hoc tamen tempore in singularem Sacrae Maiestatis Vestrae Reginalis, Dominae meae clementissimae, honorem respondere lubens intermitto. Sin vero alii hanc notam mihi inurere conarentur, coram illis ego me alio et debito modo excusare ac defendere possem, quandoquidem a pueritia usque huc (citra ostentacionem) honores, iuramenta, bonam vicinitatem ac istiusmodi praecipue plurimi fecerim, ut[a] neque contra ea quicquam decreverim, nec posthac unquam decernam vel cogitabo, similiter talia et meis semper demandavi, iniunxi, demando et iniungo. Non enim adeo duro aut inhumano ingenio sum, ut quid ad conservandum Sacrae Maiestatis Vestrae Reginalis honorem pertinet[e], ignorem. Ac posteaquam Sacra Maiestas Vestra Reginalis articulum profugorum rusticorum tantopere denotet, quod eos in meo Ducatu detinere non debeam, quandoquidem tenutarius in Jorgenburgk[f] nullum. sive sit Brutenus sive Lithuanus, meis in terris natus atque educatus, prout ipse dicit, ex Sacrae Maiestatis Reginalis Vestrae mandato (quod tamen non credo) dimittere velit. Haec igitur me hac in re spes tenet, Sacra Maiestas Vestra Reginalis punctum perpetui contractus, qui, quomodo cum istiusmodi perfidis ac profugis hominibus agi ac statui debet, docet[f], innata sua clementia inspiciet ac bene considerabit et valore istius meos mihi remittere atque tradere[g] clementer demandare dignabitur.

De furibus autem apiariorum, non sine diligenti ac sufficienti inquisitione, exploratione planeque ordinario iudicii processu, sumptum est supplicium. Demandare etiam, pecora ut reddantur, nunquam recusavi, modo hi nominatim ac clare, qui fecerunt, indicentur, modo etiam non merito illis abacta sint, quemadmodum Sacrae Maiestati Vestrae Reginali antea quoque scripsi. Quandoquidem vero ex omnibus scriptis appareat, quod indicata partim inter se dissentiant, ac credo Sacrae Maiestati Vestrae Reginali haec ita ab eiusdem subditis narrari, sicut et mei aliud interdum indicant, ita fit, ut indies varia errata, plura scripta maioraque gravamina nascantur. Quibus omnibus praeveniri, meo iuditio, nullo modo melius posse credo, quam si certi fines ac termini constituantur ac decernantur. Quam constitutionem cum Sacra Maiestas Vestra Reginalis promovere in superioribus litteris clementer pollicita sit, prorsus nihil dubitabo (sicut etiam, ut fiat, humiliter peto), quin Sacra Maiestas Vestra Reginalis apud Sacram Maiestatem, consortem charissimum Dominumque meum clementissimum, necnon Lithuaniae ordines, ad constituendum commissarios ac certum diem nunc magis instet. Tunc veritas lucescet planeque apparebit, qui iustus vel iniustus, quid aeque vel inique factum atque inceptum sit. Postea etiam pro cognitione commissariorum quaelibet pars, quid sibi expectandum, faciendum intermittendumque sit, sciet. Interim tamen meis bonam vicinitatem colere ac conservare, praeterea etiam ius et iusticiam unicuique administrare severe demandabo, sperans Sacram Maiestatem Vestram Reginalem haec eadem et suis, ne pacis concordiaeque iura violentur, iniungere ac demandare dignaturam.

Praeterea quod Sacra Maiestas Vestra Reginalis indicet, quod[a] mei tenutarii suis subditis novi oppiduli in Gurgenburgk rectam liberamque viam commeandi versus Regium Montem aliasque civitates, fora ac negociationes exerceri prohibuerint atque interdixerint, annectens, nisi hoc praecaveretur, Sacram Maiestatem Vestram Reginalem adduci eo modo res suorum subditorum curare[h], ne mei magnopere inde delectarentur. Ego certe hac in re, sicut in omnibus, Sacrae Maiestati Vestrae Reginali gratificari cuperem paratusque essem. Sed huius causae vera haec est sententia, quod isti homines non rectas, veteres, liberas[i], usitatas[j] et publicas, sed insolitas, insuetas prohibitasque vias ingressi atque per nostra deserta profecti sint, quae temporibus meorum antecessorum vel capitis etiam periculo prohibitae sunt, et sic servatum aut poena delictum secuta est. His ex causis, quas et alias Sacrae Maiestati Vestrae Reginali indicavi, quae etiam in contractu manifeste ac clare exprimuntur, non[k] dubito Sacram Maiestatem Vestram Reginalem abunde intellexisse, in quae praeiuditia istae insuetae viae ingrediantur ac quare olim prohibitae hactenusque executio earum facta sit.

Eo igitur me nunc refero, a quo etiam nec meis antecessoribus, nec sequenter iam mihi, in horum meorum subditorum terrarumque praeiuditium propter debita, quibus Sacrae Maiestati Regiae et inclitae Coronae Poloniae addictus atque obstrictus sum, decedere minime licet nec convenit, summe humiliter petens, Sacra Maiestas Vestra Reginalis suis demandare dignetur, ut devia ista[l] ac prohibita itinera devitent ac fugiant, quandoquidem aliae publicae ac communes viae, omnibus notae, ex Lithuania versus Ragneth, per sylvam Grauden, Kropischken et Jorgenburgk versus Regium Montem, plures habeantur. Et ne Sacra Maiestas Vestra Reginalis istis contra bonam vicinitatem conatibus posthac commoveri, neque etiam cuilibet quaelibet gravamina indicanti credere

velit, etiam atque etiam oro. Nam nulli tam mei, quam etiam alterius Ducatus negociatorum et subditorum istiusmodi scienter unquam concessum fuit. Si quis vero consuetis veteribus et concessis viis versus Lythuaniam licitis et non furatis mercibus negociatus vel profectus sit, quicunque tandem is fuerit, libere hinc inde procedere potuit, sicut et huc hodie meo tempore servatur.

Quod vero quottidianas, necessarias utriusque partis subditorum in finibus, ubi homines in vicinio cohabitant, mutuas negociationes, quibus carere subditi non possint, attinet, mihi non displicet eas secundum veterem solitam ac usitatam consuetudinem diligentissime exercere ac colere, modo tamen ea, quae semper a longis iam temporibus usque huc apud superioritates in Cameram Thesaurariam pertinuerint ac devenerint[m], eo nunc quoque deveniant et nusquam alibi vehantur aut vendantur, ac ita etiam, quemadmodum et supra dictum est, ne a quopiam novae viae per nostra deserta et imperia quaerantur. Nam meo iuditio novae illae et prohibitae viae per quottidianas et necessarias negociationes, prout supra indicatum est, ab aliis tanquam res inter se discrepantes ac plane contrariae merito discernuntur[n] ac cognoscuntur. Cum haec a Sacra Maiestate Vestra Reginali observari, praecaveri ac eandem delinquentes in hoc punire minime dubitem, merito quoque a me talis diligentia adhibetur. Si quis vero mercibus, in nostram Cameram Thesaurariam pertinentibus, vel etiam in deviis deprehensus fuerit, is secundum veterem consuetudinem merito punietur.

Et quamvis iste Sacrae Maiestatis Vestrae Reginalis servitor et aulicus ad eiusdem, prout ipse indicat, mandatum per istas prohibitas vias ambularit, propterea etiam ignoranter eum Sacrae Maiestati Vestrae Reginali addictum adorti sunt, quem tamen, cum omnibus, quos apud se habuit, in summum Sacrae Maiestatis Vestrae Reginalis honorem libere dimisi. Cum vero inter istos quidam meorum subditorum profugus, quem etiam postulando hactenus consequi non potui, visus sit, humiliter oro, Sacra Maiestas Vestra Reginalis tantum curare, quo iste Capitaneo meo tradatur, nihilominus etiam, quandoquidem in contractibus insolitas vias ingredi interdicetur, suis etiam servitoribus ac nunciis, ut per rectas, consuetas ac licitas vias posthac ambulent, clementer demandare dignetur, quo sic ab utraque parte discrimina aliaque pericula vitentur, contractus semel in perpetuum initi[o] serventur, aliisque occasio per istas vias proficiscendi eripiatur. Propter tam clementem vero ac plane reginalem pollicitationem, nempe quod Sacra Maiestas Vestra Reginalis suis Capitaneis indilatam iusticiam administrare demandatura sit, gratias eidem, quantas debeo quantasque[p] possum, ago maximas ac spero eos tandem id mandatum executuros meosque mihi fugitivos reddituros. Eadem et ego quoque meis, sicut semper sum[q] solitus ipsique se favere[r] dicunt, severe summaque diligentia demandare polliceor. Omnibus enim debitis ac licitis in rebus Sacrae Maiestati Vestrae Reginali, cuius nunc favori[s] ac clementiae me ac eandem Deo Optimo Maximo commendo, prosperrimaque quam diutissime valetudine uti exopto, gratificari debitaque mea obsequia praestare polliceor. Datae ut supra.

Commissio Principis ex relatione Cancellarii.
A Magistro Christophoro ex Germanico
in Latinum translatum.

Cedula

Propter prata in finibus sita.

Sacram quoque Maiestatem Vestram Reginalem latere minime credo, eiusdem Capitaneum in Jurgenburgk dudum cum nostro in Ragnet convenisse, quandoquidem de finibus nondum constet, quod pratorum ibi in finibus contenciosorum[t] fructus, vel si qui eos solus capere vellet, tanta pro iis soluta pecunia interim apud sequestrem quendam deponeretur, donec fines ac termini certi essent constituti, ubi quae cuique debeantur, appareret. Cum igitur Sacrae Maiestatis Vestrae Reginalis Capitaneum contractum istum violasse atque praeterito anno omnes de iis pratis fructus solum intercepisse certum sit, humiliter oro, ut Sacra Maiestas Vestra Reginalis eidem propter pacis, concordiae bonaeque vicinitatis conservationem iniungere ac demandare dignetur, ne posthac tale quippiam contra semel initum[u] contractum inceptet aut moliatur, sed potius decisionem finiumque constitutionem, prout conventum est, expectet, ubi unicuique suum accipere licebit reddereque oportebit. Sacrae Maiestati Vestrae Reginali omnibus licitis in rebus vicissim gratificari semper paratus sum. Datae ut in litteris.

Commissio Principis ex relatione Cancellarii.
Magister Christophorus.

a) *supra lineam.*
b) *in margine.*
c) *correctum ex*: Reginalis.
d) *verbum correctum.*
e) in ms. pertinet honorem.
f) *correctum ex*: doceat.
g) *correctum ex*: extradere.
h) *correctum ex*: curaturam.
i) *sequitur expunctum*: et.
j) *sequitur expunctum*: vias.
k) *sequitur expunctum*: R.
l) *correctum ex*: devias istas.
m) *verbum correctum.*
n) *in ms.* discernantur.
o) *in margine pro expuncto*: inniti.
p) *sequitur expunctum*: maximas.
q) *sequitur expunctum*: sollicitus.
r) *sic in ms., error pro*: facere?
s) *in ms.* favore.
t) *verbum correctum.*
u) *in ms.* innitum.
1) *Ioannes (Ivan) Kuncewicz.*

N. 1807.

E Regio Monte, 19.VI.1540.

Albertus dux in Prussia
Ioanni Kuncewicz, praefecto Jurborgensi,
facta prius accurata ac sufficienti inquisitione, ad querelas eius de iniuriis et damnis„ ei et subditis eius, ut scribit, illatis, se responsurum esse pollicetur; quod ad capitaneum Thilsensem spectat, exemplar excusationis eius transmittit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 308-309.

N. 1808.

E Regio Monte, 25.VI.1540.

Albertus dux in Prussia
Samueli Maciejowski, episcopo Chelmensi, R.P. vicecancellario,
Felicem a Stosław, subditum regium, in aula eius aliquod negotium expediendum habentem, commendat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 309-310.

N. 1809.

E Regio Monte, 6.VII.1540.

Albertus dux in Prussia
Ioanni Tarnowski, castellano Cracoviensi, R.P. exercituum capitaneo,
pro crebris litteris et studio in se singulari gratias agit, servitia offert; scribit aliqua nova ex Germania accepta: de Generalibus Comitiis Spirae celebratis, de pace et concordia inter regem Daniae et palatinum Rheni constituenda; de conventu civitatum maritimarum Lubecae convocato.

Cfr. El. XXXVI, N. 644.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 312-314.

Iohanni Comiti a Tarnaw, VI Iulii.

Gratias agit pro singulari suo in se studio polliceturque ipsi vicissim omnem suam operam. Adscribit etiam quaedam nova.

Illustris, Magnifice ac Generose Adfinis, Frater et Amice nobis Charissime.

Illustris Magnificentiae Vestrae literas, Sandomiriae VIII Iunii mensis praeteriti datas, grato animo accepimus. Intelleximus enim ex illis singulare Illustris Magnificentiae Vestrae erga nos, in rebus nostris tum iuvandis tum promovendis, studium ac diligentiam. Proinde quod literis suis humanissimis toties nos invisere non gravetur et quod nostra causa tabellarium suum cum literis ad Sacram Maiestatem Regiam, Dominum nostrum clementissimum et avunculum pientissimum, ablegare non dedignata sit, agimus et habemus Illustri Magnificentiae Vestrae eas, quas possumus, maximas gratias dabimusque operam, ut pro tot et tantis in nos collatis beneficiis eos vicissim nos exhibeamus, quos Illustris Magnificentia Vestra nos velit et qui esse debeamus.

Quamvis autem non ignoremus, meritorum suorum in nos collatorum tantam esse copiam, ut illorum magnitudinem non modo referenda, sed ne cogitanda quidem gracia assequi queamus, tamen adhibituri sumus diligentiam, ut gratum aliquando animum nostrum vicissim cognoscere Illustris Magnificentia Vestra atque etiam sentire tandem possit, se tot merita atque beneficia sua in ingratum non contulisse.

Nova, quae Illustris Magnificentia Vestra de Caesare[1], Gallorum Rege[2] atque aliorum intestinis dissidiis ad nos perscripsit, fuere nobis gratissima. Nam et nos huiusmodi inimicitias, quae inter christianos Principes intercesserunt, ideo aequiore animo tollerandas existimamus, quod et Maiestatis Regiae terras ac ditiones has hoc tutiores fore speramus, et quod ea dissidia, per quae possit reliquis christianis Principibus

firma pax et concordia erigi, haud infoelicia esse arbitramur. Deum autem Optimum Maximum assiduis oramus praecibus, ut is universam Christianam Rempublicam pro immensa sua divina clementia tranquillam et ab omnibus malis ac periculis liberam reddere velit.

Novarum rerum apud nos nihil aliud est, quam quod narratur idque communi fama, celebrari nunc Spirae Generalia Comitia. Faxit autem Deus, ut eas res in honorem divi nominis sui et utilitatem omnium christicolarum diligenter suscipiant peragendas.

Laborant etam nonnulli Principes summa diligentia pro constituenda firmandaque pace, concordia atque amicitia inter Regiam Dignitatem Daniae[3] et Palatinum Rheni[4]. Atque utinam haec quoque res optatum sorciatur finem.

Ceterum Illustrem Magnificentiam Vestram celare nolumus, maritimas civitates, quas Germani vocant Ansehe, in Lubecka nunc congregatas, eius consilii esse, quod videlicet nonnullis ac maiori parti Selandiae Inferiorisque Germaniae subditis atque nautis aditum per mare in terras ditionesque has prohibere, illorumque non plures, quam certum quendam numerum, immittere in animo habeant. Quod sane institutum quantum detrimenti atque incommodi communi Reipublicae celeberrimoque Poloniae Regno allaturum sit, id Illustri Magnificentiae Vestrae diiudicandum relinquimus. Atque id ideo Illustri Magnificentiae Vestrae significare voluimus, quo eadem intelligat, orbis, Reipublicae et Amplissimi Regni utilitatem nobis curae esse. His Illustrem Magnificentiam Vestram diu foeliciter vivere atque valere optamus. Datae ut supra.

Commissio Principis propria, praesentibus Curiae Magistro, Burggravio, Cunheymio et Cancellario.
Princeps et Cancellarius audiverunt legere.
Atque ita placuit.
Hieronimus Schurstab.

1) *Carolus V.*
2) *Franciscus I*
3) *Christianus III.*
4) *Fridericus.*

N. 1810.

E Regio Monte, 7.VII.1540.

Albertus dux in Prussia
Iosto Ludovico Decio
ad trinas litteras eius respondet, inter alia de re monetaria; de falsa, moneta; de Thomae Sobocki ex Turcia reditu; de famulo suo ex captivitate Turcica liberando; de Turcis toti Christianitati minantibus; de regis senioris in Lithuaniam statuto itinere; de iunioris regis proposito matrimonio; de cupro etc.

(Schedula: de cupro et de litteris doctori Hedioni scriptis).

Cfr. El. XLVIII, NN. 361, 363, 367.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 433-439.

An Jobstenn Ludwigenn den VII Julii.
Erstlichen belangende den muntzhandel und doneben der falschen muntz. Item des Sobotzkenn ankomf. Item des beylagers der jungen ko.mt. Item des berckwercks und kupfers prob anzaigung. Item

was aber doctorem Hedionem, predicanten zu Strasspurgk, betriff.
Item des gefangnen halben der Fuckerischen.
Unsern gonstigen grus und genedigen willen zuvorn.
Edler, lieber, getrewer.

Wir haben kurtz verflossener zceit sechs brief, die ersten zwen den eilfften und zwelfften, die andern bede den 27 Aprilis, der funffte den 13 May und der letzte den 3 Junii nechst verschienen monats, alle zu Crackau, yhn datum haltende nacheinander von euch bekhommen, jres inhalts lesende eingenommen und darauss, wes yr der montz auch anderer mehr sachen halben an uns geschrieben, genugsam verstanden. Das wir euch aber bisher auf solche ewere schreyben unbeantwort gelassen, ist diss die ursach, das wir keyn potschafft, syder zu euch gehabt, zu dem das wir stetigs mit denen geschefften, die uns auch beyweylen auss unserm wesentlichem hofflager gejagt, beladen gewesen. Damit yr aber dannocht zusehen, das wir alle ewere schreyben bekhommen, so wollen wir dieselbygen aufs kurtz und yn eynem, damit wir euch mit vilem lesen nit bemuhen, beantworten. Und thun uns ins erste allenthalben derselben schreyben, dessgleichen der gehalten muhe und vleises jn aussrichtung unserer geschеffte, nichtsweniger auch der mitgeteylten, newhen zceittungen aufs genedigst gegen euch bedanncken, seind es auch yhn allen genaden hinwider gegen ewer person abzunemen, geneygtt und willig.

Was nun die ersten zwey schreyben, yhn datum haltende den 11 und 12 Aprilis, anlangt, darinnen yr melden thut von der widerkomfft des herrn Sobotzky und wes des allenthalben gehandelt und aussgericht, und das uns der edell und erentvhest, unser besonnder lieber Achacius Zceme, danntzker castellan, erbling zu Christburgk und heuptman zum Stum, weytter berichten werde, wes sich des Brethwitz und anderer sachen halben zu Crockau syder zugetragen, daneben bitten thut, Jann Politzky, wann derselb mit eweren schriefften bey uns ankhommen wurde, mit unseren genedigen vorschrifften weytter an unsern freuntlichen, lieben brudern, den herrn ertzbischoffen zu Riga, genediglichen zu vorsehen und zu vorsorgen. Und das solches auss guten beweglichen ursachen, die yr uns selbest mundtlichen berichten wolt, ko.mt. zu Polann, unserm genedigsten herren und freuntlichen, lieben oheymen, nit entgegen sey etc. Achten wir dasselbig alles nach der lenge zu beantworten fur unnottig, und obwol von etzlichen allerley zureden, so wil es doch der federn nit alles vertrawet seyn, sonndern wollen hoffen, der Allmechtig werde einmall eygenes personlichen sehens ein zceitt vorleyhen, do vileicht so fern es nit yhn vergessen gestelt, die gelegenheitt eine jns ander und sonst allerley geben wirtt.

Den artickell aber die muntz belangende, weyl derselbig yhn einem andern brieff auch gefunden, wollen wir in alhie mit stillschweigen ubergehen.

Soviel die andern zweenn brief, dero beden datum halten den 27 Aprilis, betriff, wir yhm eingang des eynen ewere entschuldigung, warumb und auss was verhinderlichen geschefften, yr unser voriges an euch gethanes schreyben durch unsern jungen, den Kitlitzenn, uberschicktt, nit ehr beantworten khonnen, mit angeheffter beschwerung der kranckeitt, die yr gehabt etc. Nun wer es solcher entschuldigung, weyl wir wissen mit was geschefften yr one das stetigs beladen, von unnotten gewesen. Wir wolten aber euch wolgonnen, das dieselbigen geschеffte yhn ewer gesuntheit und nit kranckheytt fielen, weyl aber alles yhn der gewaltigen

hanndt des Almechtigen, welcher alle dingk nach seinem gottlichen willen wirgkett, so mussen wirs auch demselben, yn dem stilzuhalten und dawider nit zu fechten, ergeben.

Was aber die sussen und hungarischen wein anlangt, darff derselbig artickell keyner antwort, sondern lassen es bey voriger gegebenen genedigen danncksagung beruhen.

Das yr dem herrn Sobotzki unsern brief, den wir unsers armen gefandenen dieners[1] halben an jnen geschrieben, uberantwurt, nemen wir zu genedigem gefallen von euch an, und ist nachmals unser genedigs begeren, yr wollet bey gedachtem Sobotzky, wan er wider gin Crockau kompt, mit vleiss anholten, damit einmal der arm gefangen seyner langwirigen schweren gefengknus so er anderst nach bey leben, erledigt mög werden.

Wie yr weitter meldet, das sich mit herren Lassky und seynem bruder[2] das ungewitter bey euch noch nit leytern woll, sampt fernerm anhang etc., wolten wir lieber muntlichen mit euch dan durch schrifften von solchen und dergleichen hendeln conversiren. Wir wunschen yhm aber zu solchem seiner tochter beylager gottliche gnad und segen, wolten auch seynem bruder wol gonnen, und wer uns fast lieb, das er dasienig, wie yhn eweren schreyben, vormelt, ewerem wunschen nach, weyl er dermassen von euch gerumbt, erlanget. Aber nach vil lieber wer es uns, das die lobliche Cronn zu Polann solche tapffere, geschickte, gelerte, erfarne und fromme leuthe, wie dieser von uch gerhumet mehr neben andern gelerten leuten bey sich behielte, dan das sie es andern gonnen must.

Was die falsche muntz anlagt, ist hochgedachte ko.mt. zu Polan des vor vilen jaren genug ordnnert, das aber jtzundt seyn ko.mt. durch uns nicht widerumb erjndertt worden, ist nit an unbedencken vorplieben, weyl dan die schriefften nach Ungern geschickt, wirt Gott one zweyfell auch dasjenige schicken und den leuthen eingeben, wess sein gottlicher wil; derhalben man der antwortt wider also zugewarten. Das wir aber so lind mit der entschuldigung des Potmanssky gegangen, ist derhalben geschehen, das wir niemandt beschuldigt, auch noch niemandts beschuldigen wollen, dann seyn eygene seck und brieff jnen one das genug beschuldigen, welche wol billich ursach geben solten, der that halben ein besser einsehen zu haben.

So viel die gentische, franckreichische und turckische hendell anlangen thut, zweyfeln wir gar nit, yr habt nu mehr des wissenschafft dan wir von hie, als die fern abgelegen vormelden mogen, wir wollen aber Gott bitten, das er die christenheitt befriden und durch die christlichen heupter einen stathafftigen gnedigen, syghafften krieg, woe es ehe nit anderst sein khann, wider den grausamen erbfeindt christlichs namens furdern woll. Das es aber uber Ungernn gehen solt, wer gemeyner christenheytt hochbeschwerlich, dann obs wol darfur angesehen, als das ein jder das sein mit vorteyll suchen thue. So ist doch die fhar grosser, wann der grausen vheindt, der Turck, heut Ungern, morgen andere grosse heupter und umbligende lender, folgents gantze theusche nation angreiffen, uberfallen und einnemen solt, jdoch muss diss gleich wie alles ander auch gottlichen willen ergeben werden.

Belangende den nechstgehaltenen landtag, Pretwitz und anders etc., achten wir vom unnoten euch auf dissmall mit vielen schreyben zu belastigen. Wir dancken aber dem hochsten Gott, das die newhe zukunfftige konigin umb jrer tugent willen dermassen belobet, sein almechtigkeytt

bittende, er wol sie yhn solchem rhum stercken und meren, und durch diese heyrath seinen gottlichen segen vorleyhen, und seind warlich dyses rhumes hochlichen erfrewet, auch trostlicher hoffnunge, woe sie jren hochloblichen eltern nachfolgett, das sie diesem rhum zuentkegen nit scheynen werde.

Das die ko.mt., unser genedigister herr und freuntlicher lieber oheym, von jrem zugk nach Litthau nit abzuhalten oder zu bereden gewesen, aber Gott lob, von stuel tragen wider auf die pain khommen und das die doctores vermeynen, es mit jrer mt. gar kein nott haben werde, desgleichen, das sie sonst allenthalben, lauts eweren schreyben, mit gesundtheitt, geluck und freuden vorraisett, ewer person aber jres hinckens halben belacht werden sey etc. Ist uns, wie auch ewer schreyben selbest meldet hoch und vilberurter ko.mt. wolfartt und gesuntheitt, yhn sonnderheitt, weyl wir jtzundt durch unsere potten, so wir bey jrer mt. gehabt, das dieselb Gott lob noch frisch und gesunth, vorstendigt, zum hochsten erfreulich, den Almechtigen mit hochsten vleiss und trewherziger zuvorsicht bittende, das er sein und die andern koniglichen maiestaten alle zu ewigen zceitten in langwiriger, wolmogende gesuntheitt, zceitlicher und ewiger zur seelen seligkeitt wolfart genediglichen erhalten und fristen woll. Das aber euher hincken seiner mt. ein glechter gemacht, und yr dasselbig derhalben gern geliden, dieweyll ob demselben ir mt. ein freud gehabt etc., horen wir auch gern, jedoch wolten wir euch doneben woll gonnen, das yr aller ewerer schwacheitt ganntz und gar entledigett und solchs genedigen spottens zur gesuntheitt uberhaben sein mocht, wie wir dann genntzlichen hoffen, jr werdett numehr ewere gesuntheitt widerumb erlangt haben.

Wir seind auch hochlichen erfrewhett, das die freude junger ko.mt. beylagers auf benente zceitt vortgestellt soll werden und das ewer person nit wenig algereyt darauf zu bestellen bevolhen. Nun wunschen wir allen koniglichen mt. zu solchem beylager gotliche gnade, frid und segen, bevorab das unser lieber, alter, genediger konig, jha frisch erhalten und den segen Gotts sehen möge, wie David ganntz rhumlich ausspricht. Et videbis filios filiorum tuorum et pacem etc.

Was die landtsperrung desgleichen den ausspruch zwischen dem grafen von Thentzschin etc. betrifft und das der unlust zwischen der konigin[3] und dem jungen herrn von Tentzschin auch hingelegt etc., haben wir alles fast gern gehort, sonderlich aber das ein tagk der landtsperrung halben zur Frawenstat durch beyder thail gesandten soll gehalten werden und das die potten von ko.mt. mit instruction und zerung abzufertigen verordnet. Dan wir zu Gott hoffen, das er fride und eynigkeyt, woe nit ewig, ydoch auf etliche jhar dardurch vorleyhen und das ko.mt. unser, so es zu solchem handel khommen wirt, uns miteinzuziehen nit vergessen werde.

Wir thun uns auch gegen euch ewers getrewhen ratschlags des bergkwergks und kupferprob anzaigung yn gnaden bedancken. Dieweyl wir dann vormercken, das euch weder auss der muntz noch sonst ninderts keyn bericht zukhommen, so wollen wir euch genediger meynung nicht verhalten, das wir eweren diener und muntzverwaltern Stacheo Vogelweydernn gleichmessige prob, die auch wie die ewer auf einen halben zentner gesetzt, zu teylen und zu suchn und euch den bericht davon zu vormelden auferlegt. Hieneben haben wirs einem andern vorstendigen bergkman auch probiren lassen, der es nun etwas hoher dann Stacheus yhn seyner prob[a]. doch der eueren gantz ungemess gefunden. Derhalben

wir mit euch auch bedencken, das ewer probirer zu Crockau vileicht gefelet. So aber die ander prob von Pressla, die one zweyfel von do on andere orter mehr gesandt, uns von euch wirt zugeschicket werden, wirt sich vileicht alsdann die rechte vorgleichung finden. Wir lassen uns auch eweren bericht des bergkwercks halben gantz wol gefallen, dan wir auch sovil zuvorn nit davon gewust. Warumb wir euch aber die proben zugeschickt, ist auss diesen ursachen beschehen, das ko.w. zu Dennemarckenn[4], unserm freuntlichen, lieben herrn oheymen und schwager, in Norwegenn ein solch bergkwergk von Gott zusteth, yhn welchem das kupfer sovil halten soll und thut. Nun wollen wir euch vertreulichen nit bergen, das wir gern den kupferkauf zu unsern handen bringen wolten, auss welchem uns, ob wir desselben kupfers einen nutz oder nachteyl haben mochten, zu wissen wol vonnoten, und unsers bedunckens, woe es noch die prob, so ewer diener Stacheus in unserm beywesen auch probiert, hielt, solt sich keynes schadens zu hoffen oder zu vermueten sein, haben aber one eweren rath auch nichts disfals thun wollen. Und ob yr uns nachmals hierinnen etwas zu rathen wust, das wollen wir uns zu euch dasselbig nit zu unterlassen gantzliche versehen und getrosten, dann uns in weyten, abgelegenen landen, yn bergkwergk einzulassen, achten wir, das es uns fast muselig gefallen mocht. Wess yr uns aber sonst der vierkantichten, desgleichen des andern kupfers halben, des neunundzweintzigk stuck und vierundzweintzigk zentener wegen sol geschrieben, wollen wirs mit dem vierkantichten kupfer, weyl irs selbst uns rathet, also beruhen lassen, aber die andern neunundzweintzigk stuck, mochten wir, so sie uns yhn crockischem gewicht umb ein moglichs und zimblichs konten gelassen werden, wol annemen. Daneben wollen wir auch aber in gnaden nicht pergen, das wir von der Fucker factorn Hannsenn Breda, burgern zu Danntzigk, hundert centner klein f. scheubichten kupfers an danntzker gewicht, welchs vil geringer dann ewerers, neulichen bekhommen. Dieweyl er aber den kauf mit uns nit machen wollen, sondern uns an ewer person, das wir durch dieselb bey Georgenn Hegelnn den kauf suchen wolten, gewysen, so ist unser genedigs begeren an euch, yr wollet mit gedachtem Georgen Hegelnn handeln und von unserntwegen einen entlichen kauf, sovil leidlich und zimblich, mit ime darumb machen, sein person auch alsdan von der herrn Fuckher wegen bezalen, vergenugen und zufridenstellen.

Was die letzten zwen brief, datirt den 13 May und 3 Juny, belangt, vermercken wir, das auf dieselben euch mit widerantwort zu beschweren wenig von noten. Wollen aber Niptzschitzen sampt anderen ko.mt. gescheften wol auszurichten das solche geluck gewunschet haben. Das er aber einen koniglichen brief uber einen verrichten handel eines totschlags halben bey euch eingelegt, darauf hundert und funfzig gulden von uns zu entpfahen, wollen wir euch genediger meynung nicht verhalten, das wir von demjenen, dem der handel selbest angehet, teglich eyner antwort sampt dem gelt gewertig. Alsbald dasselbig kompt, wollen wirs euch unverzuglichen zuschicken und des gegenbriefs von euch erwarten.

Sovil aber doctoren Hedionem, predicanten zu Strassburgk, betrift, haben die hochgeporne furstin, unser freuntliche hertzgeliepte gemahel[5], und wir die bucher, so er uns zugeschrieben, sampt seynem schreyben bekhommen, thun uns von beyden theylen gegen ihm und euch der gewogenheit und zuschickung mit genaden bedancken, und weyl er dieselbigen bucher durch euer person uns zuzuschicken verordnet, so wollen

wir auch yn euer bescheidenheit gestelt haben, wormit wol der guthe man von unserntwegen widerumb zu verehren mocht sein. Auch genediglichen ahn euch gesonnen haben, wes euch ym zu ubermachen fur gut ansehen wirt, das yr ims neben unserm hiebeygelegten schreyben alsdann ubersenden wollet.

Und nachdem yr uns abermals durch den fuckerischen diener geschrieben und uns, das wir ime einen in unserm furstenthumb ausskuntschaften zu lassen genediglichen gestatten, im fhall aber, wie derselbig yhn unserm hertzogkthumb nit[b] zu betreten, das wir gemelten fuckerischen diener vorschriften an unsern freuntlichen, lieben brudern, den herrn ertzbischofen[5], geben und uberraichen wolten lassen, gebeten, fuegen wir euch genediger meynung wissendt, das dasselbig yhn unsern landen und alhie zu Konigspergk angetroffen, auch auf desselben fuckerischen dieners anregen dermassen, das er bey uns recht geben und nemen mocht, gefenglichen gesetz worden. Nun vermercken wir von dem armen gefangenem der eins gutten geschlechts und ein Rolinger[c], auch des herrn Anthonii Fuckers schwager sein soll, das der handel ein venerische sach. Derhalben, woe kein andere, wiewol solche nit zu loben auch nit geringschetzig, solcher seyner hohen beschwerung ursach verhanden, wer uns warlich solchs seinethalben fast mitleidlich. Es sey nun diese oder andere ursach, weyl wir jnen auf ewer schreyben setzen haben lassen, wollen wir mit gnaden an euch begert und gesonnen[d] haben, yr als der verstendige, wollen diese weg helfen suchen, damit yhn allem christlich, loblich und dermassen gehandelt, das es auch unser person unvorweysslich sey, in dysem keynen vleiss sparen und dem armen gefangenem, damit er dieser seyner beschwernus ins ehest erledigt, gutwillig dienen. Das und alles ander wollen wir mit allen genaden hinwider gegen euch und die eweren beschulden. So zweyfeln wir nit, er, der arm gefangene, werd es auch fur sein person seynes hochsten vermogens umb euch zu vordienen nit unterlassen. Datum Konigspergk den VII Julii anno etc., ut supra.

Cedula

Wie wir euch oben von der prob, so Stacheus, ewer diener, yhn unserm beywesen probirt, geschrieben, als wollen wir euch genediger meynung nicht verhalten das wir yn demselben geirret, dann ers gleich auch also, wie euer probirer zu Crockaw gefunden.

Wes wir auch an doctor Casparnn Hedionem geschrieben, habt yr auss inligender copey zu ersehen. Welche wir auch dorumb thun ubersenden, damit yr euch habt dornach zu richten. Datum, ut supra ihn literis.

Commissio Principis propria idem audivit legere,
praesentibus Curiae Magistro, Burggravio, Cunheymio
et Cancellario, atque omnibus ita placuit.

a) *sequitur expunctum*: durch den.
b) *sequitur expunctum*: b.
c) *sequitur expunctum*: sein soll.
d) *sequitur expunctum*: haben.
1) *Christophorus Pfersfelder.*
2) *Ioannes Laski.*
3) *Bona.*
4) *Christianus III.*
5) *Dorothea.*
6) *Gulielmus, archiepiscopus Rigensis.*

N. 1811.

E Regio Monte, 9.VII.1540.

Albertus dux in Prussia
Iosto Ludovico Decio
binas litteras eius una cum litteris Sigismundi ab Herberstein se accepisse significat et pro eis gratias agit; cum dolore se cognovisse nuntiat de rege Ioanne cum palatinis in Transilvania bellum gerere debente; argentum sibi mitti petit vel consilium dari, quomodo id obtineri possit.

Cfr. El. XLVIII, N. 369.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 440-440v.

Ahn Jobst Ludwigenn, den IX Julii.

Erstlichen das ko.w. zu Ungernn[1] nach mit den woiwoden yhn Siebennborgenn krigen soll. Item das er die muntz alhie nit mehr zu halten und zu vorlegen bedacht.

Unsern grus zuvorn.

Edler, lieber, getrewer.

Heutigs tags seind uns zwen brief von euch neben des von Herbersteins schreyben zukhommen, dero inhalt wir lesende eingenommen, und auss dem einen, neben andern wie konigliche wirde zu Ungernn, unser freuntlicher, geliebter herr und schwager, noch yn Sybenburgenn mit den woywoden krigen soll, verstanden. Nun ist uns warlich solchs bekhomlerlichen, dann wir lieber wolten, das yn gemeyner christenheit und sonsten uberal frid were. Wir bedancken uns aber des zugeschickten briefs von dem von Herberstein mit genedigem willen gegen euch zu beschulden, genediglich begerende yr wollet ime diese unsere antwort yhns furderlichst widerumb bey zufelliger potschaft ubersenden, und wiewol nicht sonderliche zeitungen darinnen, so haben wir doch gleichwol euch desselben seynes schreybens ein copey hiemit zu uberschicken nit unterlassen wollen.

Nachdem wir auch vermercket, wie yr die montz alhie nit mehr zu halten und zu vorlegen bedacht, auch uns auf dissmal nit lenger muntzen zu lassen rathen thut, als ist unser genedigs begeren an euch, weyl wir sie selbest hinfuro zu halten bey uns entschlossen, yr wollet uns, ob yr uns[a] alsdann umb unser und par gelt das sylber zuwegen pringen kont, durch ewer schrieften ins ehest verstendigen, oder aber yhm fhall, woe euch solchs nit thuelich, das yr uns doch eweren getreuhen rath, wie und welcher gestalt wir zu sylber kommen mochten, gutwillig mitteylen wollet. Das sein wir mit genediger danckbarkeit gegen euch zu beschulden geneigt und haben euch solchs, als dem wir mit sondern genaden gewogen, genediger meynung nicht verhalten wollen. Datum Konigspergk, den ut supra.

Commissio Principis propria
presente Burggravio.
Hjeronymus.

a) *sequitur expunctum*: ald.

1) *Ioannes Zápolya.*

N. 1812.

E Regio Monte, 10.VII.1540.

Albertus dux in Prussia
Thomae Sobocki, tribuno Lanciciensi,
pro opera eius et studio in servitore suo, Christophoro Pferssfelder, in captivitate Turcica quaerendo et ex ea liberando hucusque adhibito gratias agit hortaturque eum, ut de negotii huius processu se certiorem reddat; rogat, ut litterarum exhibitori, Georgio Crockaw, in negotiis eius apud regem expediendis opera sua adsit.

(Germanice)

Cfr. El. XXXVI, N. 640.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 440v-441v.

N. 1813.

E Regio Monte, 10.VII.1540.

Albertus dux in Prussia
Gabrieli Tarło, vexillifero Sandomiriensi,
litterarum exhibitorem, Georgium Crockaw (vel Crackaw, Krokaw), commendat et rogat, ut eum in expediendis apud regem negotiis adiuvet.

(Germanice)

Cfr. El. XLIII, N. 9.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 441v-442.

N. 1814.

E Regio Monte, 11.VII.1540.

Albertus dux in Prussia
Samueli Maciejowski, episcopo Chelmensi, R.P. vicecancellario,
litteras eius, Vilnae 18.VI.1540 datas, se accepisse nuntiat et pro studio in expediendis negotiis suis adhibito gratias agit; quod rex nuntium suum cum litteris ad imperatorem ablegare voluerit, gaudet (« praesertim cum intelligamus id Reverendae Paternitatis Vestrae opera atque diligentia factum esse »).

(Latine)

Cfr. El. XXXVI, N. 645.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 314-315.

N. 1815.

E Regio Monte, 11.VII.1540.

Albertus dux in Prussia
Fabiano Czema, succamerario Pomeraniae,
pro studio eius in negotio marchionis Gulielmi apud reginam Bonam et Samuelem Maciejowski adhibito gratias agit; commendat causam litterarum exhibitoris, Georgii Crockaw; novitates sibi mitti petit.

(Germanice)

Cfr. El. XLIII, N. 9.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 442-443.

N. 1816.

E Regio Monte, 12.VII.1540.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
Georgium Crockaw, subditum regium, actionem adversus alios quosdam subditos regios nobiles habentem, commendat et rogat, ut ei iustitiam indilatam administrare velit.
(Schedula: transmittit litteras regis Daniae [Christiani III] regi Poloniae destinatas).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 315-317.

N. 1817.

E Regio Monte, 12.VII.1540.

Albertus dux in Prussia
Samueli Maciejowski, episcopo Chelmensi, R.P. vicecancellario,
Georgium Crockaw, subditum regium, commendat et rogat, ut causam eius regi quoque commendare velit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 317-318.

N. 1818.

E Regio Monte, 15.VII.1540.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
litteras regias, 27.VI.1540 Vilnae datas, se accepisse nuntiat et ad querelas nobilium Stephani et Stanislai Witkowski in eis contentas respondet: se omnibus capitaneis suis iniunxisse et mandasse, ut unicuique profugos suos restituerent; suadet, ut dicti nobiles capitaneum suum Insterburgensem ea in re directe conveniant.

(Latine)

Cfr. El. XXX, N. 206.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 319-320.

N. 1819.

E Regio Monte, 16.VII.1540.

Albertus dux in Prussia
Bonae reginae Poloniae
pro Paulo Klud, subdito suo, intercedit et rogat, ut hereditatem, a patre suo Nicolao Klud, teloneatore olim Caunensi, Caunae relictam, ab Iwano Wirbel, alio eiusdem civitatis teloneatore, qui eam ipsi iniuste ademit, vindicare possit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 320-321.

N. 1820.

E Regio Monte, 20.VII.1540.

Albertus dux in Prussia
Nicolao Nibschitz
de ipso Nibschitz et episcopo Cuiaviensi ab electore Brandenburgensi bene exceptis gaudet; se non credere asserit rumori, secundum quem landgravius Hassiae adhuc unam duxerit uxorem; de discordia inter principes Germaniae et odio ac dissidio inter Ioannem marchionem Brandenburgensem et comites a Górka intercedente dolet.

Cfr. El. XLVIII, N. 371.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 443-444.

An Nickel Niptzschitzen, den XX Julii.
Erstlichen wirt vormeldet, wie dass derselbige Nickell Niptschitz und der bischof von der Coyhe[1] so herlich und wol fur den churfursten zu Brandenburgk[2] tractirt. Item das der landtgraf von Hessen soll nach ein weyb genommen haben. Item was den widderwillen und bittrigkeyt, so zwischen marggraf Hannsen und dem hauss von Posenn und Gorkau betrifft.
Unsern grus und genedigen willen zuvorn.
Erenvhester, lieber, getrewer.

Wir haben dein schreyben, ahm Donerstag vor Visitacionis Marie zu Posenn aussgangen, neulicher tag entpfangen und daraus, das der erwirdige yhn Gott, unser besonder geliepter freunt und bruder, herr Lucas, bischof zur Coyenn, neben deyner person so herlich und wol*), wie billich

von unserm freuntlichen, lieben vettern und brudern, dem churfursten zu Sachsenn[3] hertzogk Hinrichs von Braunssweycks halben aussgangen bekhommen und selbest nit gern gehort, das sich die loblichen teutzschen fursten yhn solchen zanck und hader mit schrieften ainander einlassen sollen. Das aber der landtgraf von Hessen noch ein weyb soll genommen haben, konnen wir auss vielen ursachen nicht wol glauben.

Was aber den schedlichen widderwillen und bittrigkeyt zwischen unserm freuntlichen, lieben vettern marggrafen Hannsenn und dem hauss von Posenn und Gorkau betrifft, ist uns solchs zu vornemen nit lieb. Wollen aber nit zweyfeln, der churfurst von Brandenburgk werde die sachen, weyl es umb ein wenig zu thun und dieselb (sintemal sonst alle hendel und irthumb, des wir dann hochlichen erfrewhet, geschicht) zu weyterung nicht kommen lassen, yhn bedencken, das die herrn von Posenn dem churfurstlichen hause Brandenburgk wol dienen khonnen, welchs sie auch bissher gethan, wie hinwiderumb nit weniger zu erwegen.

Und domit frid und rhue erhalten, so wollen wir uns, sovil ahn uns und sofern es auch jemandts zu gefallen wer, wir auch des verstendigt wurden, gern yhn solchen handel einlassen und dasjenig, wess zu frid, ruhe und einigkeyt auch solcher irrigen sachen raichen mocht, freuntlich und guttwillig verfurdern helfen. Wir wollen aber, wie oben gemelt, vorhoffen, das es yhn guttern hingelegt und vertragen, auch die von Posenn die sach eben so wenig dohin werden bringen lassen, das durch ein solch klein funckelein ein grosses fewer angezundet, als das unser freuntlicher, lieber vetter marggraf Hanns sich dieser geringen sachen halben yhn solchen widderwillen mit den nachpauren einlegen solt. Dan das geringer angesehen, das durch ein solchs kleins, wo es der gestalt, wie yn deynem schreyben vermelt furgenommen solt werden, nicht ein kleynes fewer, sonder beyderseyts landt und leuth grosser verderb erfolgen möcht, nit zu verachten. Derhalben wer unser getrewher radt, man liess sich solche geringe sachen nicht so harth und hitzigk zu hertzen gehen, dan denselben villeicht mit der zeit auch gerathen mag werden, wes wir auch, wie oben gemelt, fur unser person zu hinlegung des handels furdern oder rathen helffen konnen, wie wir dann itzund derhalben ahn hochgenanten churfursten zu Brandenburgk geschrieben. Yhn dem wollen wir uns nachmals gutwillig furdern lassen etc. und haben dir solchs, als dem wir mit sondern gnaden gewogen, auf dein schreyben genediger meynung zur antwort nicht bergen wollen. Datum Konigspergk, ut supra.

Commissio Principis
propria.
Hieronymus.

*) *hic aliquot verba a scriptore omissa esse videntur, nam et in litteris Nicolai Nibschitz ad ducem datis (El. XLVIII, N. 371) et in summario supra posito sermo est de ipso Nibschitz et episcopo Cuiaviensi ab electore Brandenburgensi reverenter et bene exceptis et tractatis.*

1) *Lucas a Górka.*
2) *Ioachimus II.*
3) *Ioannes Fridericus*

N. 1821.

E Regio Monte, 21.VII.1540.

Albertus dux in Prussia
Iosto Ludovico Decio
scribit rumorem de matrimonio Ioannis Łaski, in Germania cum cuiusdam comitis Austriaci filia inito, et rogat, ut sibi de hac re certiorem notitiam perscribere velit.

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 444.

An Jobst Ludwigk, den XXI Julii.
Belangt den herr Lasske, thumprobest zu Kollen.
Unsern grus und genedigen willen zuvorn.
Edler, lieber, getrewer.

Wir wollen euch genediger meynung nicht verhalten, das an uns gelangt, als solt sich der Lasski, thumprobst etc. zu Kollenn, und wie etzliche andere vormeynen, ahn eynen andern ort im deuschen lande mit eines graven töchter, welcher etwan ein Osterreich gewest, verelicht haben. Dieweyl uns aber solcher handel, und wie es yhm grundt gelegen, unbewust, begeren wir mit allen gnaden, ir wollet uns den rechten grundt und wie es ein meynung dorumb hat, sovil euch wisslich, durch euer schreyben verstendigen. Daran geschicht uns von euch zu sonderm genedigem gefallen, in gnaden hinwidderumb zu beschulden. Datum Konigspergk etc.

N. 1822.

E Regio Monte, 28.VII.1540.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
de commissariis regiis et ducalibus in aestimandis Ioannis Goliński bonis, in Ducatu suo Prussiae sitis, dissentientibus et de eiusmodi inter eos discrepantiae causis prolixius refert.

(Adest conc. germ., HBA, B, K. 1160).

Cfr. El. XXX, NN. 198, 210.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff 322-328

Ad Regem Poloniae, XXVIII Iulii.
Quod utriusque commissarii in aestimandis Golinski bonis non convenerint et quae fuerint causae.

Posteaquam Sacra Maiestas Vestra Regia ad peticionem Iohannis Golinski commissarios quosdam constituerit, qui iuxta meos ordinatos ipsius Golinski bona, sub ditione mea sita, quae ex mandato propter delictum suum[a] sibi iniuncto vendere ac prorsus ex Ducatu meo demigrare debet, Deum solummodo aequitatemque respicientes secundum ipsorum conscientias, terrarum istarum consuetudinem, habitaque servitiorum ratione, visitarent atque aestimarent, ad praescriptum istorum bonorum locum utriusque commissarii ad aestimandum ea convenerunt. Verum Sacrae Maiestatis Vestrae Regiae commissarii in tali aestimatione bonorum cum meis consiliariis et servitoribus convenire non potuerunt, quemadmo-

dum ex iisdem Sacra Maiestas Vestra Regia sine dubio dudum copiosius intellexit.

Causae vero, propter quas unio et consensus inter illos fieri non potuerit, hae sunt. Prima, quod boni Domini Sacrae Maiestatis Vestrae Regiae commissarii emendi ac vendendi bona in his terris consuetudinem ignorarint. Secunda, quod de istorum bonorum circumstantiis per omnia non recte sint edocti. Tertia, quod gravamina servitiorum, sicut praecipue his in terris fieri solet, non bene considerarint. Quo autem Sacra Maiestas Vestra Regia ista omnia penitus cognoscat, de indicatis iam causis ordine et copiosius dicam, diligenter humiliterque orans, Sacra Maiestas Vestra Regia haec inspicere ac considerare dignetur.

Primo, Golinski Dominis commissariis indicavit (sicut postea ipsi etiam aestimarunt) de quinquaginta mansis XXI aureos ad redditus, minus undecim grossis, una cum gallinis se habere. Cum tamen hac ipsa iam hora de parata pecunia non plus quam XLI marcas Pruthenicas, quae valent XXVII aureos et X grossos, habeat. Praeterea per totam hanc terram gallina propter redditus non nisi pro duobus solidis numeratur et accipitur. Servitia vero aulica secundum terrae consuetudinem bene pecuniariis redditibus aequari aestimarique possunt. Quare Sacrae Maiestatis Vestrae Regiae consiliarii et mei in reddituum servitiorumque aestimatione non longe dissenserunt.

Quod vero Golinski Sacrae Maiestatis Vestrae Regiae consiliariis persuaserit, quasi praeter linum, arvilam aliaque legumina novem lastas frumenti, duas siliginis, decem avenae haberet, re vera multo aliter apparet. Et quamvis hortulani ipsi assentiant, tamen pro commoditate soli, quod per totum non multum valet, et spacii istius exigui difficile creditur impossibileque fere habetur, istud tot ferre fructus, praesertim siliginem, cum terra non sit bona et frugifera, quemadmodum Golinski subditi, nempe praetor ac reliqui rustici, praeterea etiam in vicinio qui habitant, praesentibus meis commissariis manifeste dixerint ac confessi sint. Quare citra controversiam constat, commissariis falso haec indicata esse. Nam postea Golinski ipsis postulantibus istos agros, qui tot fructus ferrent, vel etiam istorum fructuum culmos sive stipulas demonstrare nescivit.

Praeterea non apparet eum tot de pratis suis habere pascua, quae (modo suo statu ac patre familias dignum facere voluerit) sufficerent per hiemem et ad sustentandum iumenta sua et ad excipiendum hospitio de insperato venientes hospites. Nam ne unum quidem bonum pratum existit, nisi quod interdum exigua spatia iuxta et intra agros, et tamen pauca, cernantur, sicut etiam manifeste apparet omnibusque vicinis notum est. Quapropter merito omnia tanti aestimari non deberent.

Aedificia vero aulae, quae adhuc satis caduca sunt, in sua manent dignitate. Ad haec a Domino Georgio de Basen, qui adhuc hodie vivit, iuxta ea bona, quae iam Golinski habet, ac etiam alia, quae alii possident, nempe Fredau et Osterwein, quae ambo propter prata et agros meliora quam ista Golinski bona existunt, vendita sunt. Quo autem modo, quave ratione hoc acciderit, Sacra Maiestas Vestra Regia ex illis ipsis nominatis iam venditoribus facile cognoscere poterit. Et ut ego audio, omnia haec tria bona omni usu et usufructu quatuor mille marcis (quae valent duo millia, sexcentos sexaginta sex et viginti aureos) vendita sunt. Ex qua consideratione aequum est, quod XII mansae, ad aulam pertinentes, in summam quandam convenientem computentur, quemadmodum a meis est factum.

Quantum ad molam pertinet, ita se quidem habet, quod molinarius propter ipsius Golinski novam constitutionem duas lastas farinae[b], verum secundum antiquam consuetudinem minime eas dare teneatur. Nam olim et antea semper non nisi unam et dimidiam lastam dedit, alteram dimidiam bonus ille vir ad se ultro recepit. Cui Golinski econtra adhuc unam rotham fabricare pollicitus est, sed adhuc nondum est factum.

Praeterea canabim et linum dare Golinski homines iniuste cogit immeritoque illis imposuit, neque haec dare tenentur. Quapropter in aestimationem venire non possunt.

Ad haec piscinae tanti, quanti eas ipsi faciunt, merito non fiunt. Nam sicut omnes circumhabitantes vicini testantur, exceptis piscibus, quibus in domo opus habet, vix tot vendere potest, unde piscinae conservantur. Et quamvis patris sui foelicis memoriae piscinarum mentio fiat, tamen discriminatim observari debet. Nam pater ipsius maximam partem ipsius aquae, iam ad me et districtum Gilgenburgensem pertinentem, ubi non nisi unam partem certo praecio conduxerat, piscavit ac pisces in hieme, sicut moris est, in angulum et angustiam quandam sui soli compulit[c] optimosque ibidem pisces cepit, sed non tot, quot ipse indicat.

Hortus lupularius, qui indicatus est, adest, sed pro commoditate istius loci et spacii impossibile est tantum ibi crescere lupuli.

Cum igitur omnia, quemadmodum Golinski Dominis commissariis indicavit, sic non appareant, imo in multis contrarium cernatur, tanti ea bona secundum Sacrae Maiestatis Vestrae Regiae commissarios merito aestimari non debent. Nam tanta pecunia ea bona qui emat, in meo Ducatu invenire nullum possum. Inde sequeretur, quod poenam, sibi propter ingens delictum iniunctam et quam bene meritus est, non sentiret. Promisi autem ipsi ad meorum commissariorum (ut qui istarum terrarum consuetudinem sciunt) taxationem, me facturum periculum, num emptorem, qui promptam et paratam pecuniam (quod alioqui in his terris fieri non solet) sibi pro istis bonis numeraret, invenire possem. Sed istam promissionem ipse parvi fecit, seque non nisi ad Sacrae Maiestatis Vestrae Regiae commissariorum taxationem retulit. Cum vero ipsi, ut qui consuetudinem harum terrarum ignorant, ista bona nimis pluris aestimarint, praeterea omnia, quae Golinski indicavit, magna ex parte non ita apparuerint, nam pater ipsius vix dimidio tanto praecio a nominato Domino Georgio a Basen, et sicut dictum est, non nisi duobus millibus sexcentis sexaginta sex et viginti aureis emit, meam hac in re gratiam ac benevolentiam ipsi praestare non potui.

Sed quo tandem ego isto homine prorsus caream et ne Sacra Maiestas Vestra Regia inanissimis ac molestissimis interpellationibus amplius obruatur, Sacram Maiestatem Vestram Regiam diligenter humiliterque oro, ut eadem in aestimationem meorum commissariorum, qui usum ac consuetudinem istarum terrarum, praeterea etiam istorum bonorum fructus omnemque conditionem melius norunt, clementer consentire dignetur. Audent enim nominati mei commissarii debita sua obedientia datoque iuramento affirmare, ea bona per se, secundum communem et terrestrem hanc consuetudinem, praeterea etiam dignitatem bonorum, potius pluris quam minoris aestimata esse, nam nemo illorum ea tanti emere vellet. Quapropter Sacra Maiestas Vestra Regia regia sua clementia praecavere prohibereque velit, ne Golinski tam contumaciter posthac, contra meam voluntatem, in meo Ducatu manere ac habitare cogitet, sed bona sua propter insigne suum delictum vendat ac proficiscatur, quocunque voluerit sibique commodius videbitur, sicut lata a me sibi

sententia continet ac declarat. Nam si Sacra Maiestas Vestra Regia de iis omnibus iniuriis ac gravaminibus, quibus iam quottidie suos subditos contra ius et aequitatem afficit, certior fieret, quemadmodum Sacrae Maiestatis Vestrae Regiae consiliarii ipsos conquerentes audierunt, tunc eadem haec sine dubio non solum minime probaret, sed potius punire demandaret.

Omnibus igitur his indicatis de caussis, meorum servitorum[d] ac subditorum aestimationi acquiescere decrevi, prorsus nihil dubitans, Sacram Maiestatem Vestram Regiam non inique laturam, quod ipsi hac in re (cum alioqui in singularem Sacrae Maiestatis Vestrae Regiae honorem nimis multum sit concessum) non amplius, quam quantum dignitas bonorum ac terrestris haec consuetudo postulaverit, cedam. Haec singulari studio debitaque obedientia erga Sacram Maiestatem Vestram Regiam, ut Dominum meum clementissimum (quam nunc Deo Optimo Maximo ac me eidem humiliter commendo), promereri studebo.

Commissio Principis
ex dispositione Cancellarii.
Christophorus Sangner transtulit.

a) *sequitur expunctum*: vendere.
b) *verbum (praedicatum) deest.*
c) *sequitur expunctum*: sit.
d) *correctum ex*: servitiorum.

N. 1823.

E Regio Monte, 2.VIII.1540.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
pro Georgio Kuffner, cive Gedanensi, « actionem quandam seu potius postulationem ratione nonnullorum bonorum » *habentem coram iudicio terrestri districtus Dirsoviensis* (Thirsaviensis) *adversus Barbaram, Petri Behm relictam viduam, intercedit et rogat, ut ei iustitia administretur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 330-331.

N. 1824.

E Regio Monte, 2.VIII.1540.

Albertus dux in Prussia
Samueli Maciejowski, episcopo Chelmensi, R.P. vicecancellario,
causam Georgii Kuffner, civis Gedanensis, commendat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 332-334.

N. 1825.

E Regio Monte, 3.VIII.1540.

Albertus dux in Prussia
Samueli Maciejowski, episcopo Chelmensi, R.P. vicecancellario,
Nicolaum Russocki, castellanum Biechoviensem, propter negotia quaedam sua ad regem se conferentem, commendat et rogat, ut « illius industriam ac studium » *regi commendare tantumque efficere velit, quo in gratia regia, privilegiis et legibus in posterum conservetur.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, f. 335.

N. 1826.

E Regio Monte, 13.VIII.1540.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
pro Achatio Czema (Zehm, Zhem), *castellano Gedanensi, causam cum Marienburgensibus habente et a Marienburgensi iudicio ad regem appellante, intercedit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 338-339.

N. 1827.

E Regio Monte, 14.VIII.1540.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
pro Ioanne Rabe, subdito suo, intercedit et rogat, ut causa eius, quam cum nobili Georgio Locka habet, longo iam tempore protracta ac iure agitata tandem absolvatur.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 339-340.

N. 1828.

E Regio Monte, 14.VIII.1540.

Albertus dux in Prussia
Stanislao Gasztołd, palatino Novogrodensi,
pro Ioanne Nimpsch, « urbis Kneiphoviensis Regiomontanae » *cive, qui ab Iudaeo quodam, Aaaron Basko (vel Boski, cfr. N. 1868), in Tykocin* (Tickozin) *morante, 50 lastas frumenti praeterita hieme coemit, sed nonnisi 46 lastas et 17 modios percepit, Iudaeo plura frumenta non habente, intercedit et rogat, ut controversiam inter eos obortam secundum iustitiam et aequitatem dirimat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 336-337.

N. 1829.

E Regio Monte, 14.VIII.1540.

Albertus dux in Prussia
Samueli Maciejowski, episcopo Chelmensi, R.P. vicecancellario,
rogat, ut Ioannis Rabe causam, cum Georgio Locka ei intercedentem, regi commendet.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 340-341.

N. 1830.

E Regio Monte, 14.VIII.1540.

Albertus dux in Prussia
Hieronymo Łaski, palatino Siradiensi,
pro litteris per Assuerum Brandt sibi allatis gratias agit; faustum iter ei precatur; negotia sua commendat.

(Germanice)

Cfr. El. XXXVI, NN. 646, 647.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 461-462.

N. 1831.

E Regio Monte, 17.VIII.1540.

Albertus dux in Prussia
Erasmo Eustachio, canonico Vilnensi, parocho et teloneatori Caunensi,
pro Gallo Klein, cive oppidi Thilsit (Thilsa), intercedit et rogat, ut ei, aedificium quoddam in eodem oppido Thilsit construere cupienti, aliquot millia lapidum coctorum et aliquot lastas calcis ex Cauna sine ullo impedimento evehere concedat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 341-342.

N. 1832.

E Regio Monte, 17.VIII.1540.

Albertus dux in Prussia
Georgio a Promnitz (vel Prumwitz), dapifero regio,
rogat eum, prout exactorem testamenti defuncti Alexii, regii pennarum magistri (federmacher), *ut Francisco Pantzer, defuncti Alexii creditori, 12 aureos ei debitos persolvat.*

(Germanice)

Cfr. El. XLVIII, N. 374.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 444v-445.

N. 1833.

E Regio Monte, 18.VIII.1540.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
se capitaneis suis iterum iniunxisse nuntiat, ut omnia secundum contractus agerent nullosque fugitivos retinerent; rogat, ut commissarios et diem regundorum finium constituere velit.

Cfr. El. XXX, N. 208.

Ostpr. Fol.„ vol. 51, ff. 343-345.

Ad Regem Poloniae, XVIII Augusti.

Respondet ad Sacrae Maiestatis Regiae literas, in quibus suos subditos conqueri scribit sibi ab Illustrissimae ipsius Dominationis[a] Capitaneis fugitivos retineri. Item de die finium regundorum.

Obsequia etc.

Serenissime Rex etc.

Sacrae Maiestatis Vestrae Regiae literas, Vilnae XXVIII Iunii praesentis istius quadragesimi anni datas, omni obedientia debitaque reverentia accepi, legi ac ex iisdem primo intellexi, Sacrae Maiestatis Vestrae Regiae homines ex ordine equestri queri, suos fugitivos ad ipsorum repeticionem sibi a meis non restitui. Quapropter Sacra Maiestas Vestra Regia in his aequitatem fieri valore contractuum postulat; secundo, quasi a meis subditis vicinis illis in Mazovia multae iniuriae ultra fines seu limites[b] inferantur, quae sine constitutione limitum tolli non possent. Quapropter Sacra Maiestas Vestra Regia a me iudices commissarios nominari ac[c] diem ad regundos fines constitui cupit, tunc se et suos ordinare velle.

Mihi vero auditu iucundum non est, meos Capitaneos et subditos aliquid in his duobus articulis, quod contra contractus et aequitatem esset, inceptare aut moliri, quandoquidem illis iam saepius severe demandaverim, ut unicuique repetenti suos fugitivos secundum contractus et conventiones[d] sine exceptione dimittant, sicut ipsi se id sedulo facere dicunt. Quandoquidem vero nobiles in Mazovia tam vehementer questi sint, Capitaneis meis iterum iuniunxi, ut omnia secundum contractus agant et contra eos nullius fugitivos retineant, sperans[e] Sacram Maiestatem Vestram Regiam[f] eandem aequitatem mihi ac meis servari demandaturam.

In altero articulo Sacram Maiestatem Vestram Regiam bene meminisse ac recordari confido, me propter tam varia gravamina ac multas iniurias, quae mihi et meis, iuxta et ultra granicies, non tam in Mazovia quam in Lithuania illatae sunt et adhuc hodie saepe inferuntur, conquestum esse et limites constitui orasse. Nam ego Sacrae Maiestati Vestrae Regiae in hoc prorsus assentior, tales controversias absque constitutione limitum, tam in Magno Ducatu Lithuaniae quam in Mazovia, tolli ac componi non posse. Quare etiam Sacrae Maiestati Vestrae Regiae pro tam clementi ac plane regio mandato summe gratias ago. Faciam igitur sedulo omniaque eo dirigam, quo istud ipsum exequatur ac secundum id vivatur.

Quod vero ego diem finium regundorum constituere debeam, mearum partium non esse iudico, sed potius penes Sacram Maiestatem Vestram Regiam situm relinquo, sicut etiam fieri expectabo, humiliter devoteque orans, Sacra Maiestas Vestra Regia non tantum in Mazovia, sed etiam

in Magno Ducatu Lithuaniae, ubi magis videtur necessarium, ad erigendos[g] limites commissarios ordinare diemque constituere dignetur. Ego tunc ad omnia, quae ad conservandam bonam vicinitatem ac firman perpetuamque pacem, praeterea etiam quae ad tollendum gravamina contractuum pertinere videbuntur, me promptum facilemque exhibebo.

Quandoquidem vero ad peticionem meorum subditorum Conventum ad Dominicam proximam post festum Michaelis constituerim, quem infra tres aut quatuor septimanas finiri vix arbitror, sperabo (sicut etiam, ut fiat, humiliter oro) Sacram Maiestatem Vestram Regiam diem limitum ideo commodiorem electuram, quo et ego meos ordinare et ad determinandum graniciem hinc in Mazoviam et istinc vicissim in Lithuaniam ablegare possim. De istis omnibus, et quae Sacrae Maiestati Vestrae Regiae placuerint et quibus eadem acquiescere decreverit, responsum expecto. Haec Sacrae Maiestati Vestrae Regiae (quam nunc diu prosperrime valere foeliciterque regere exopto, meque eidem humiliter commendo) respondere necessaria ac utriusque subditis utilia iudicavi.

Commissio Principis ex relatione
Cancellarii.
Ex Germanico in Latinum translatum
a Christophoro Sangner.

a) *in ms.* Illustrissima ipsius Dominatione.
b) *sequitur expunctum*: multae iniuriae.
c) *correctum ex*: ad.
d) *correctum ex*: conceptiones.
e) *sequitur expunctum*: ean.
f) *sequitur expunctum*: eandem.
g) *verbum correctum.*

N. 1834.

E Regio Monte, 22.VIII.1540.

Albertus dux in Prussia
Gregorio Butkener civi Caunensi,
rogat, ut operarios, quos ad labores quosdam silvestres conficiendos conduxit, nunc profugos et in terris eius degentes ibique operantes, sibi restituat.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 43, f. 128.

N. 1835.

E Regio Monte, 23.VIII.1540.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
causam Achatii Czema (Zehm, Zhemen), *castellani Gedanensis, quam cum Marienburgensibus de sublatis sibi in mari frumentis habet, iterum commendat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 345-347.

N. 1836.

E Regio Monte, 23.VIII.1540.

Albertus dux in Prussia
Samueli Maciejowski, episcopo Chelmensi, R.P. vicecancellario,
causam Achatii Czema, cum Marienburgensibus de frumentis in aquis ablatis ei intercedentem, iterum commendat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 347-348.

N. 1837.

E Regio Monte, 27.VIII.1540.

Albertus dux in Prussia
Felici Srzeński, palatino Plocensi, capitaneo Marienburgensi,
ei, de capitaneo suo Soldaviensi [Melchiore a Rechenberg] nomine incolarum Mlavensium conquerenti (qui a dicto capitaneo homicidam quendam insequentes male tractati et molestati sint), respondet se — post sufficientem eiusmodi casus inquisitionem — plenum responsum ei daturum esse; admonet eum quorundam equitum in utraque Prussiae parte hinc inde oberrantium, quorum proposita et consilia ignorantur, et rogat, ut « propter commune bonum istiusmodi homines diligenter in regia parte Prussiae observare atque deprehensos digno supplicio afficere velit »; *pro missis novitatibus gratias agit.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 348-351.

N. 1838.

E Regio Monte, 6.IX.1540.

Albertus dux in Prussia
Stanislao (Stentzell) *Wossman, civi Cracoviensi,*
hortatur eum, ut Regium Montem veniat ad tractandum negotium argenti sibi ab eo suppeditandi.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 445-445v.

N. 1839.

E Regio Monte, 12.IX.1540.

Albertus dux in Prussia
Ioanni Decio, regis Romanorum aulico,
pro litteris eius, Hagenoae datis, et pro studio erga se singulari gratias agit; saepius sibi scribi et novitates mitti petit.

(Latine)

Cfr. El. XLVIII, N. 382.

Ostpr. Fol., vol. 51, f. 355.

N. 1840.

E Regio Monte, 12.IX.1540.

Albertus dux in Prussia
Severino Boner, castellano Biecensi,
pro equo gradario sibi dono misso gratias agit; quem equum iuxta desiderium uxoris suae [Dorotheae] regi Daniae [Christiano III] missum esse significat; sperat futurum, ut hanc gratiam ei referre possit.

(Germanice)

Cfr. El. XXXVI, N. 637.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 445v-446.

N. 1841.

E Regio Monte, 16.IX.1540.

Albertus dux in Prussia
Lucae a Górka, episcopo Vladislaviensi (zu Lesslau)
Annam a Mullen, cuius liberis lis est cum demortui Petri a Wawel (vel Wauch) concubina de bonis a dicto Petro a Wawel, mariti eius Gerardi a Wawel fratre, post se relictis, quae lis per appellationem ad iudicium spirituale Vladislaviense devoluta est, commendat.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 446v-447.

N. 1842.

E Regio Monte, 20.IX.1540.

Albertus dux in Prussia
Stanislao Odrowąż de Sprowa, palatino Podoliae,
salutationes mittit, novitates expetit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, f. 353.

N. 1843.

E Regio Monte, 21.IX.1540.

Albertus dux in Prussia
Iosto Ludovico Decio
Ioannem Policki ad eum mittit et rogat, ut ei 100 vel 150 florenos ad emendos sibi aliquot equos valachos persolvat.

(Germanice)

Cfr. El. XLVIII, N. 378 (schedula).

Ostpr. Fol., vol. 42, f. 447v.

N. 1844.

E Regio Monte, 22.IX.1540.

Albertus dux in Prussia
Nicolao Sieniawski (Schinowski), *palatino Belsensi, capitaneo Haliciensi, salutat eum et rogat, ut rescribat et novitates mittat.*

(Latine)

Cfr. El. XXXVI, N. 653.

Ostpr. Fol., vol. 51, f. 354.

N. 1845.

E Regio Monte, 27.IX.1540.

Albertus dux in Prussia
Ioanni Radziwiłł, capitaneo Samogitiae,
pro mercatore Benedicto Glottaw, subdito suo, intercedit rogans, ut ei concedat in Samogitia versari et negotiationes suas ibi exercere (« cum... Sacra Maiestas Reginalis Poloniae... omnibus Germanis sive Germania oriundis in Samagithia habitare, versari negotiarique interdixerit »).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 356-357.

N. 1846.

E Regio Monte, 15.X.1540.

Albertus dux in Prussia
Iosto Ludovico Decio
respondet ad litteras eius de magistro monetae Gedanensis, servitia sua sibi offerente; pro litteris filii eius [Ioannis Decii] et Sigismundi ab Herberstein sibi missis gratias agit et litteras suas filio eius tradendas transmittit; Sigismundum ab Herberstein brevi Vilnae futurum esse nuntiat.

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 447v.-449.

An Jobstenn Ludwigenn, den 15 Octobris.

Ertlichen, was den muntzmeister von Danntzigk[1] und den dienst anlangt. Item was do betrieff seynen son und herr Sigmundt von Herberstein. Item wie romische ko.mt.[2] irer eltisten tochter[3] eynen jungen fursten auf sie zu warten zu ordenen. Item der falschen muntz in Ungernn etc.*).

Unsern gonstigen grus und gnedigen willen zuvorn.

Edler, lieber, getreuer.

Wir haben ewer schreyben, des datum helt Thornn den zwantzigisten negst vorschynendts monats Septembris, kurtz verrugter tag entpfangen, seynes inhalts lesende eingenomen und darauss, wes yr unsernthalben mit dem muntzmeister von Danntzig gehandelt, vorstanden. Das wir euch

aber mit unsern widerschriften und anthwort darauf so lang verzogen, begeren wir mit gnaden, ir wollet uns disfals guttwillig entschuldiget wissen und die schulth den wichtigen gescheften, damit wir diese zeit her und sonderlich yhn jtzigem lanttag, welcher nhu biss yhn die viertzehen tage gewerth und villeicht sich noch so baldt nicht enden wirt, nicht wenig beladen, beymessen. Und dieweyl wir uns besorgen, das der verzugk ewer person zu beanthworten beschwerlich und dem handel etwas nachtelich fallen möcht, so wollen wir euch genediger meynung nicht pergen, das obgedachter muntzmeister von Danntzig selbest alhie bey uns gewesen und uns seynen dynsth mith bewilligung seyner herrn, denen ehr vorpflicht, angeboten, aber gleichwol nit anderst dann wie ewer schreyben selbst auch meldet, das, wo die muntz itzt nit aufhoret oder bald wider anginge, er uns hierinnen nicht dienen könth etc. Welchs uns darfur angesehen, das uns yhn eynen solchen geferlichen handel einzulassen schwer sein wolth, doneben auch von uns bewogen, das es veleicht dorumb beschehen, damit er den sylberkauf yhn seinen henden behilth und wir heuth odder morgen zwuschen beyden stullen nidersytzen musten. Damit aber diese fare vorkhummen, haben wir uns mit denen von Danntzigk, auf das wir sowol unser muntz, als sie die irig zu erhalten in[a] handelung eingelossen, darauf wir nachmals eyner anthwurth von inen gewerthig.

Was den dienst anlangt, wissen wir euch genediglichen nit zu vorhalten, das er uns die margk zu zehen groschen, do ers doch nuhr zu newn groschen[b], desgleichen das pagament zu newn groschen, welchs er doch nhur zu acht gehapt, wie wir sonst[c] bericht, des dann dem bericht, so er euch gethan, weit zuentgegen angeboten, aus denn man leichtlich zu ermessen, wes vorgewynn ehr ahn der margk gesucht und noch uber diss alles ein jhar dreyhundert gulden zu dinstgelt haben wollen, auss welchem ir[d] zu ersehen, wes vortheyl wir ahn der muntz haben wurden. Wollen der halben ewerem erbieten nach ewers uberschlagens, des wir dann ins furderlichst zu geschehen mit gnaden bitten, aufs ehest gewertig sein, thun uns aber nichts dest weniger allenthalben ewers gehapten vleisses hirinnen gantz genediglichen gegen euch bedancken. Wollens hinwider gegen euch und die eweren in gnaden zu beschulde yhn keyn vorgessen stellen.

Als ir ferner bittet, das wir euch genedige antzeyhunge thun wolten, wenn yr kunftig etwas zu schreyben hettet, ahn wen yr, damit wir in diesem fhall vorschonet, dasselbig schreyben soltet etc., ist unsers genedigs begeren, yr wollet noch[e] hinfuran alwegen[f] die brief ahn uns selbst oder yhn unserm abwesen ahn unsern burggraffen oder cantzlern vorschreyben und bestellen.

Ewers sohns, desgleichen her Sigmundt von Herbersteyns schriften haben wir auch bekhommen. Thun uns derselben zuschickung, mith gnaden bedancken und ubersenden euch hiemit wider eynen brief ahn gedachten ewern sohn, den yr yhm von unserntwegen zufertigen wollet. Wir weren auch wol willens gewesen dem von Herbersteinn widerumb zu schreyben; so kommen wir doch yhn erfharung, das er jtziger zeit zur Wild sein soll. Auss welchem wir zu erachten, weyl romische ko.mt. und ko.mt. zu Polann, unserer genedigster her und freuntlicher, lieber ohem, wie wir glaubwirdig yhn erfharung khommen, sich entlichen miteinander entschlossen, ire potschaft ahn irem hoff ligen zu lassen und ahn iglichem irem hoff ein statliche botschaft ligen soll, das der von Herberstein vileicht itziger zeit auch dorumb zur Wildt sein wirth. Diss haben wir euch auf

ewer schreyben genediger meynung in anthworth nicht vorhalten wollen, genediglich bogerende[g] und bittende, weyl wir vorhoffen, ihr nhunmehr mit gesuntheit anheimbs gekhommen, welchs wir euch mit gnaden gonnen und wunschen, ir wollet uns, wes sich allenthalben vor newer zeitungen in romischen reich und sonst vorlaufen und zutragen, gutwillig mitteylen, auch ewern kindern und allen den eweren von unsernt— und unser freuntlichen, geliepten gemahel wegen eynen genedigen grus vormelden. Datum Konigspergk, ut supra.

Commissio Principis propria.
idem audivit legere.
Hieronymus.

a) *in margine.*
b) *sequitur expunctum*: gehapt.
e) - f) *in margine.*
d) *supra lineam.*
c) *in ms.* sonpt.
g) *verbum correctum.*
1) *Matthias Schilling.*
2) *Ferdinandus I.*
*) *horum duorum in textu nulla mentio habetur.*

N. 1847.

E Regio Monte, 15.X.1540.

Albertus dux in Prussia
Ioanni Decio, regis Romanorum aulico,
pro communicatis novitatibus gratias agit; plura nova sibi mitti petit.

(Germanice)

Ostpr. Fol., vol. 42, ff. 449-449v.

N. 1848.

E Regio Monte, 24.X.1540.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
Achatio Czema, castellano Gedanensi, a Ioanne [Dantisco] Varmiensi et Tidemanno [Giese] Culmensi episcopis ad regem ablegato, se etiam nonnulla negotia sua regi proponenda commisisse nuntiat et rogat, ut ei in omnibus fidem adhibeat; eiusdem Czema virtutes laudat et commendat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 366-368.

N. 1849.

E Regio Monte, 24.X.1540

Albertus dux in Prussia
Bonae reginae Poloniae
per Achatium Czema, castellanum Gedanensem, ad regem proficiscentem, suo et uxoris suae ac filiae nomine, eam salutat.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 369-370.

N. 1850.

E Regio Monte, 26.X.1540.

Albertus dux in Prussia
regi Galliae [Francisco I]
decem falcones dono mittit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, 358-360.

N. 1851.

E Regio Monte, 26.X.1540.

Albertus dux in Prussia
Georgio a Borssola, domino ab Isschaff,
quattuor falcones dono mittit et rogat, ut sui bonam mentionem apud imperatorem Carolum et reginam [Mariam] facere velit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 360-362.

N. 1852.

E Regio Monte, 26.X.1540.

Albertus dux in Prussia
Annae Momorantio (Montmorency), *Galliae commestabili,*
quinque falcones dono mittit.

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 362-364.

N. 1853.

E Regio Monte, 26.X.1540.

Albertus dux in Prussia
episcopo Vladislaviensi [Lucae a Górka]
transmittit copias litterarum ad regem scriptarum et rogat, ut negotia, de quibus in eis scripsit, apud regem promoveat.
(In margine supra: Mutatis mutandis Ioanni Comiti a Tharnau et Andreae Comiti de Gorckau).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 364-366.

N. 1854.

E Regio Monte, 28.X.1540.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
causam Volfgangi Folder, civis Gedanensis, quam in iudicio civitatis Graudnicensis pendentem habet, commendat.
(Sub textu: Mutatis mutandis scriptum est Samueli Matzieuffki, vicecancellario).

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 370-371.

N. 1855.

E Regio Monte, 12.XI.1540.

Albertus dux in Prussia
Sigismundo I regi Poloniae
Achatium Czema, castellanum Gedanensem ac capitaneum Stumensem, et Ioannem a Kreitzen (Creytzen), *cancellarium suum,* ad « magnas quasdam necessariasque causas » *regi proponendas mittit et rogat, ut eis nomine suo loquentibus in omnibus fidem adhibeat.*

(Latine)

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 384-385.

N. 1856.

E Regio Monte, 12.XI.1540.

Praelati, barones, nobiles, civitatum consules et legati, in publico Conventu Montis Regii congregati.
Sigismundo I regi Poloniae
supplicant, ut apud imperatorem et regem Romanorum omnes rationes et vias investigare velit, quo « tandem odiosissima proscriptio tollatur atque abrogetur »; *de appellatione, prout privilegiis et libertatibus eorum contraria, conqueruntur; de cudenda moneta et malleo deponendo sententiam suam proferunt.*

(Adest conceptum lat., HBA, B, K. 1161).

Cfr. El. XXX, N. 223.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 374-383.

Propter proscriptionem, appellationem, rem monetariam.
Ad Regem Poloniae, XII Novembris.
Serenissime Rex, Potentissime Monarcha, Domine Clementissime.
Sacrae Maiestati Vestrae Regiae subdita ac debita nostra servitia hoc omnique tempore[a)] offerimus.
Serenissime Rex, Potentissime Monarcha.

Si Sacra Maiestas Regia eiusdemque charissima pignora prosperrima valetudine ac foelicissimo christianissimoque regimine uterentur, sique iisdem Maiestatibus totaeque[z)] denique laudatissimae Domui, omnia ex animo ac pro voto succederent, esset nobis, tanquam Sacrarum Maiestatum Vestrarum Regiarum fidelibus subditis, auditu iucundissimum summaque semper voluptas, Deum omnipotentem assidue praecantes, ut is Sacram Maiestatem Vestram Regiam tali modo per longa saecula, in singularem inclitae Coronae Poloniae eiusdemque[b)] confoederatorum spem ac fiduciam, prosperrimam conservare dignetur. Porro Sacram Maiestatem Vestram Regiam ex officio debitaque obedientia celare minime possumus:

Posteaquam Illustrissimus Princeps et Dominus Albertus Marchio Brandenburgensis etc., in Prussia etc. Dux etc., Dominus noster clementissimus, nos, tanquam Illustrissimae ipsius Celsitudinis fideles subditos, de omnibus istius Ducatus Prussiae ordinibus, propter communes quasdam harum terrarum causas, huc in Regium Montem hoc tempore ad Comitia vocarit, sicut etiam ut obedientes subditi apparuimus, Illustrissima

ipsius Celsitudo inter reliqua literas quasdam, a Sacra Maiestate Vestra Regia propter bannum ad nos universos responsi loco datas, nobis offerri curavit. Quas debita reverentia omnique obedientia accepimus. Ex quibus summo gaudio Sacrae Maiestatis Vestrae Regiae clementem promissionem, regiam largitatem animumque propensum, quod eadem non tantum omnem diligentiam adhibitura sit, quo ab istius taediosissimi banni metu et periculo tandem liberaremur, sed et nobis, quos non minus ac reliquos inclitae Coronae Poloniae fideles subditos fovet, omni tempore omnibusque periculis consilio auxilioque adesse subvenireque velit, cognovimus atque perspeximus. Propter quam eximiam consolationem atque iniunctam spem Sacrae Maiestati Vestrae Regiae nos gratias quam possumus agimus maximas.

Quamvis nunc prorsus nihil dubitemus, sed firmiter speremus nobisque persuasum habeamus, quod Sacra Maiestas Vestra Regia, iuxta clementem illam pollicitacionem, hoc iam enumeratum odiosissimum nostrum gravamen clementibus ac regiis oculis inspiciet, perpendet tantumque efficiet ac curabit, quo tandem ab hoc metu, periculo et cura prorsus liberemur, compellunt tamen et cogunt nos officium et subditum refugium nostrum, quod post Deum ad Sacram Maiestatem Vestram Regiam, Dominum nostrum clementissimum, merito gerimus, eandem denuo omni obedientia nostris literis invisere ac commonefacere, humiliter indicando, quod aliunde compertum habeamus, sicut etiam ex multis et variis practicis appareat, Theutonici Ordinis eidemque adhaerentium inquietos animos contra Illustrissimum Principem et Dominum Albertum Marchionem Brandenburgensem, in Prussia etc. Ducem etc., Dominum nostrum clementissimum, ac etiam nos, utputa Illustrissimae ipsius Celsitudinis harum terrarum subditos, nondum sedatos, sed eo directos atque in id esse intentos, quomodo et qua via his terris atque subditis per infinitas suas practicas nocere iisdemque damnum inferre possint. Quam ob causam, sicut Sacra Maiestas Vestra Regia clementer aestimare poterit, non in minimo metu ac periculo versamur, praesertim cum multi miseri subditi propter res ac negociationes suas vitae bonorumque dispendia ac damna metuere cogantur.

Ac postea, quandoquidem inter Vestrae et Romanae[1] Regiae Maiestatum regios liberos[2] christianissimum laudatissimumque coniugium (pro quo Deus Omnipotens merito multum laudetur ipsique gratias agatur[2]) decretum et constitutum sit, nos etiam certiores reddamur et pro certo compertum habeamus, quasi in Regno Hungariae variae turbae et contenciones exoriantur, ubi tamen Sacrae Maiestatis Vestrae Regiae charissima filia[3] est, cogitamus igitur nos et colligimus, Sacram Maiestatem Vestram Regiam propter ista Regna apud Romanam Regiam Maiestatem sine dubio in magna esse et haberi aestimatione, propterea quod qui istud Regnum Hungariae in suam potestatem redigere cogitet, Sacrae Maiestatis Vestrae Regiae auxilium non parum opus habeat. Ex istis omnibus, et praecipue propter Sacrae Maiestatis Vestrae Regiae magnam authoritatem ac quod in enumeratis iam casibus Sacrae Maiestatis Vestrae Regiae auxilium regiumque adminiculum suspici plurimique fieri oporteat, iudicamus in illis nostris maximis periculis Sacrae Maiestatis Vestrae Regiae promotionem apud Romanam Regiam Maiestatem eo magis valituram locumque habituram esse.

Cum etiam Sacra Maiestas Vestra Regia sine dubio, uti nos iudicamus, suum praeclarum oratorem ad Romanam Caesaream[4] et Regiam

Maiestates ablegatura et missura sit, nunc denuo humillime deditissimeque omni obedientia, summa diligentia maximisque votis oramus, Sacra Maiestas Vestra Regia priorem et iam praesentem nostram subditam necessariamque peticionem molestissimaque nostra gravamina clementer ad regium animum revocare nostrorumque, tanquam inclitae ipsius Coronae obsequentissimorum subditorum et cognatorum, (sicut eandem alioqui facere non dubitamus) non oblivisci, sed clementer meminisse easque rationes et vias ex summa innata regia sapientia quaerere ac investigare dignetur, quo tandem odiosissima proscriptio tollatur atque abrogetur, et nos omni cura ac metu liberati, tuto in pacem ac tranquillitatem collocari, defendi tuerique queamus.

Iuxta haec Illustrissimus Princeps Prussiae Dux, Dominus noster clementissimus, nobis, quid Illustrissima ipsius Celsitudo ad summam nostrorum omnium peticionem ac instantiam in causa appellationis a Sacra Maiestate Vestra Regia antea saepe pecierit et quid responsi ab eadem receperit, similiter quod Sacra Maiestas Vestra Regia malleum ponere per legatos suos admonuerit, clementer indicari fecit. Quamvis vero nos cum Sacra Maiestate Vestra Regia, ut Domino nostro clementissimo, qui alioqui tanquam Rex laudatissimus suum Regnum, terras ac dominia apud omnia iura aequitatemque conservat conservareque tenetur, de istis causis ac negociis longioribus scriptis, vel etiam disputatione aliqua, contendere parum deceat, ex summa tamen maximaque nostrorum omnium necessitate Sacrae Maiestati Vestrae Regiae ea nostra nostrorumque[c] posterorum gravamina, quam potest fieri brevissime, omni obedientia indicare compellimur, humilliter firmiterque sperantes a Sacra Maiestate Vestra Regia has harum terrarum necessitates et gravamina, tanquam suorum subditorum, regia clementia suscipi atque exaudiri.

Neque dubitamus Sacram Maiestatem Vestram Regiam adhuc in clementi ac recenti memoria habere, quo pacto Illustrissimus noster Princeps et Dominus atque nos omnes ad Sacram Maiestatem Vestram Regiam inclitamque Poloniae Coronam pervenerimus. Nihilominus etiam, quales regiae maximaequae pollicitationes per aeternos contractus et alioqui nobis factae sint. Ita quod primum per nominatos contractus, adhaec ante praestitum homagium, per Sacrae Maiestatis Vestrae Regiae plena potestate legatos nobis omnibus multa variaque pollicita eademque postea regiis ac principalibus literis abundanter, large, clementer regieque[d] confirmata sunt (iis etiam adiunctis promissionibus, nos ultra haec a Sacra Maiestate Vestra Regia eiusdemque inclita Poloniae Corona maiorem[e] gratiam expectare debere), nempe quod omnes hae terrae apud nostra olim inducta iureque haereditario consequuta privilegia, libertates, laudatissima hactenus conservata iura et consuetudines, quiete, absque omni molestatione manere deberent. Contra haec tamen omnia accidit aliquando, quod quidam istius Ducatus subditi cum causam coram Illustrissimi nostri Principis ordinario aulico iudicio contra quosdam cives Gdanenses ipso iure vicissent, reliqui, contra istius terrae nostrorumque omnium libertatem[f], ius, consuetudinem et veterem usum, quae nostri antecessores ipsorum sanguine ante aliquot centum annos mercati atque consequuti sunt et secum postea eadem ad laudatissimam Poloniae Coronam portarunt, ad Sacram Maiestatem Vestram Regiam, etiam ultro clementem nobis factam promissionem, appellarunt. Inde sequutum est, quod quidam nostrum propter causarum, quae adhuc hodie nondum finitae sunt, longam moram ac dilationem maximum et inevitabile damnum acceperint. Iuxta haec accidit quoque, quod quidam ex nostro medio

cum civibus Gedanensibus, qui praetensam appellationem, ut supra dictum est, contra ius interposuerunt, iusticiae consequendae ibidem gratia litigarint, et[g] quamvis aliae sint causae quam istae, in quibus ad Sacram Maiestatem Vestram Regiam provocaretur, respectu tamen istius iam dictae et falso creditae appellationis ius concessum tunc non est. Sic igitur propter alteram causam, quae ad appellationem prorsus non pertinet, nostris iusticia contra ius et aequum denegatur, quapropter etiam quidam cum uxoribus et liberis ad perpetuam perniciem summamque paupertatem adiguntur.

Porro quod ad reliqua pertinet, nempe malleum ponere et a cudenda moneta supersedere, Sacra Maiestas Vestra Regia sine dubio in regia recentique adhuc memoria tenet, quod in perpetuis contractibus propter monetae negocia nullus alius error vel aliquid aliud acciderit, quam[h] quod Illustrissimus noster Princeps et Dominus tantummodo ad tempus quoddam a cudenda moneta supersedere deberet, donec Sacra Maiestas Vestra Regia itidemque Illustrissima ipsius Celsitudo ac Sacrae Maiestatis Vestrae Regiae Prussiae partis ordines de grano et pondere[i] monetae, quomodo ea cudi posthac deberet, convenirent et unirentur, sicut etiam ad Sacrae Maiestatis Vestrae Regiae necnon utriusque partis terrarum mandatum et voluntatem talis unio Marienburgae vigesimi octavi anni unanimiter facta est. Propter hunc igitur consensum talis postea moneta ex utraque parte cudi cepta est, quae per omnia etiam tempora valere firmaque manere deberet. Ad quod regium mandatum et voluntatem communemque omnium conclusionem Illustrissimus Princeps, Dominus noster clementissimus, tanquam obediens Princeps, veterem monetam, magno ingentique damno, prorsus compressit atque abolevit.

Ex istis Sacra Maiestas Vestra Regia, tanquam christianissimus, sapientissimus laudatissimusque Rex, colligere poterit, quae in supra enumeratis punctis summae nostrae necessitates gravaminaque sint. Quapropter supplicamus oramusque Sacram Maiestatem Vestram Regiam nos omnes, Domini nostri clementissimi subditi istiusque Ducatus inhabitatores de omnibus ordinibus, ut eadem Sacra Maiestas Vestra Regia, tanquam laudatissimus clementissimusque Rex, propter supra dictas causas ac deliberationes falso illam creditam atque interpositam appellationem (uti dignum et iustum est) in nihilum redigere ac nostris ius concedi iusticiamque administrari clementer demandare, nihilque[j] minus nos apud nostra privilegia, libertates, consuetudines, iura Sacraeque Maiestatis Vestrae Regiae clementes promissiones, secundum datas confirmatasque ab eadem literas, non tantum pro sua regia persona conservare, sed ab omnibus etiam aliis protegere, tueri atque defendere dignetur. Quo nos omnes omnesque nostri successores et posteri de Sacrae Maiestatis Vestrae Regiae laudatissimaeque Coronae tutela ac defensione vere gaudere queamus, neque semper et in perpetuum una cum nostris successoribus magna animi cura, anxietate et sollicitudine istiusmodi timere cogamur. Pro quibus omnibus Sacra Maiestas Vestra Regia ad foelicem aeternamque fortunam et saluberrimum proemium a Deo Omnipotenti expectet. Nos etiam haec erga Sacram Maiestatem Vestram Regiam omnibus fortunis ac ingenii corporisque bonis et dotibus omni debita obedientia promereri studemus promptique apparemus, Sacrae Maiestatis Vestrae Regiae ad

haec omnia clemens, benignum favorabileque responsum petentes. Datae e Regio Monte, XII Novembris anno ut supra.

Eiusdem Sacrae Maiestatis Vestrae Regiae
fideles et obsequentes subditi
Praelati, Barones, Equester ordo, civitatum et oppidorum Consules et Legati atque reliqui status et ordines Ducatus Borussiae, in publico Conventu Montis Regii congregati.
[Christophorus] Sangner.

a) *sequitur expunctum*: ultro citroque.
b) *verbum correctum.*
c) *sequitur expunctum*: posterorumque.
d) *correctum ex*: regiaeque.
e) *correctum ex*: maioram.
f) *correctum ex*: *libertatum.*
g) *correctum ex*: Et.
h) *sequitur expunctum*: quam.
i) *loco expuncti*: bonitate *suprascriptum.*
j) *correctum ex*: Nihilque.
z) *sic in ms.*
1) *Ferdinandus I.*
2) *Sigismundus Augustus et Elisabeth Austriaca.*
3) *Isabella.*
4) *Carolus V.*

N. 1857.

E Regio Monte, 12.XI.1540.

Albertus dux in Prussia
Bonae reginae Poloniae
Achatium Czema et Ioannem a Kreitzen, ad regem missos, commendat et rogat, ut eis fidem praestet.

(Sub textu: In simili forma scriptum est mutatis mutandis Episcopo Chelmensi Vicecancellario [*Samueli Maciejowski*]; item Petro Opolintzki, Nicolao Volsski, Ioanni Radziwil, Georgio Radziwil et Domino Schlutzki).

(Latine)

Cfr. El. XXXVI, N. 657.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 385-386.

N. 1858.

E Regio Monte, 12.XI.1540.

Albertus dux in Prussia
Hieronymo Łaski, palatino Siradiensi,
rogat, ut se imperatori ac regi Romanorum commendare et sibi nova perscribere velit.

Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 372-373.

Literae officiosae. Petit se commendari tam Caesareae quam Regiae Maiestatibus[1].

Magnifice ac Generose.

Nobilis ac Generosus, sincere nobis dilectus Sigismundus a Herberstein, baro, a Vilna ad nos literas dedit ac inter reliqua significavit, quod Magnificentia Vestra a Romanorum Sacra Maiestate Regia, Domino nostro clementissimo, ad Caesarem Turcarum[2], sine dubio propter ardua magnaque negotia, ablegata esset. Cum vero interea, ubi Magnificentia Vestra hinc proficiscebatur, aliquot etiam septimanae elapsae sint, speramus

eandem nunc prosperrima valetudine omnique fortuna ad exoptata speratagque loca pervenisse. Quapropter Magnificentiam Vestram ad renovandam nostram amicitiam his nostris literis invisere voluimus, firmiter sperantes Deum omnipotentem Magnificentiae Vestrae divinam suam gratiam concessisse, quo nunc per eandem multum boni ac salutiferi in communis Christianitatis commodum expeditum sit. Ex quibus Magnificentia Vestra immortalem gloriam aeternumque nomen consequetur. Clementer petentes, Magnificentia Vestra nos, sicut semper petivimus, apud Romanam Caesaream ac Regiam Maiestates promovere nostrique apud easdem, uti minime dubitamus, in omni bono semper meminisse ac nobis sic, auxilio divino, clementes et Caesarem et Regem reddere ac conservare velit. Nihil enim nobis in hac vita charius esse deberet et possit, quam si post gratiam divinam ambarum Maiestatum gratiam, clementiam ac favorem consequi, in iisdemque usque ad finem vitae nostrae perseverare possemus, haec erga Sacras ipsorum Maiestates nostris viribus demerendo malevolis ac persecutoribus nostris non cederemus, sed in omni possibili et aequo, si non maiori, at certe pari diligentia, apparere singularique gratia erga Magnificentiam Vestram demereri amice meminisse vellemus.

Praeterea rogamus, Magnificentia Vestra propter confirmandam amicitiam nostram interdum ad nos scribere nobisque nova, quantum licuerit, communicare velit. Et si Magnificentia Vestra in Magnum Ducatum Lithuaniae proficisceretur, rogamus, eadem, eundo vel redeundo per nostram provintiam, nos invisere constituat, quo (sicut multos iam annos cupivimus) nos invicem videre atque de omnibus pro necessitate colloqui possimus. Christus Magnificentiam Vestram diu servet incolumem. Datae e Regio Monte etc.

Commissio Principis propria.
Christophorus Sangner.

In initio epistolae in margine supra: Hieronimo Laski, XII Novembris.

1) *Carolus V et Ferdinandus I.*
2) *Solimanus II.*

N. 1859.

E Regio Monte, 19.IX.1540.

Albertus dux in Prussia
Felici Srzeński, palatino Plocensi, capitaneo Marienburgensi,
de remediis contra incendiorum auctores adhibitis eum certiorem facit.
Ostpr. Fol., vol. 51, ff. 386-389.

Foelici Srzenski, Capitaneo Marienburgensi, XIX Novembris.

Magnificentiae Vestrae clementer significamus nos certiores fieri, quam varia ac mirifica signa in exteris nationibus apud incendiarios inveniantur, praeterea non solum quid iis voluerint, sed quod inde incensis atque combustis multis civitatibus et oppidulis, venenatis pascuis aliisque multis sceleribus perpetratis, ingens ac inevitabile damnum sequutum sit. Quapropter etiam trencentos, qui varia sunt confessi, ultimo et digno supplicio affectos esse audimus. Porro ethnicum illud proverbium, nempe foelix, quem faciunt aliena pericula cautum, merito

ab omnibus bene considerari debet. Idcirco etiam nos sollicita quadam affectione nostros fideles subditos clementer monuimus atque haec sequentia providentia singulari ipsos observare mandavimus, videlicet aperiundo et claudendo portas diligenter curent, quemlibet peregrinum et ignotum ingredientem vel exeuntem observent, unde veniat, qualis quisve etiam ipsius status et conditio sit, interrogent atque explorent, et in summa ut ordinent ac constituant, ne quis hospicio excipiatur, nisi prius diligenter haec omnia ex illo perquisita fuerint. Si vero quis, cuius notitia haberi non possit, deprehenderetur, eum hospes statim superioritati indicet, hospes vero una cum tota sua familia ipsius ignoti hospitis omnes actiones, negotia, studia et conatus diligenter observet. Praeterea ut intra et extra civitates signa atque notas summo studio quaerant atque inspiciant; adhaec quilibet civis in domo sua lumina et ignem curet, et quibuscum conversetur, animadvertat; aquam etiam in et coram aedibus ubique in promptu habeant, quo tali cura et providentia, si quando ignis (quod Deus avertat) alicui loco impositus esset, facilius extingui omnique malo (quantum Deus gratiae concesserit humanaeque vires valeant) praeveniri possit.

